



1. K  
2. K  
3. K  
4. K  
5. K  
6. K  
7. K  
8. K  
9. K  
10. K  
11. K  
12. K  
13. K  
14. K  
15. K  
16. K  
17. K  
18. K  
19. K

CARVILIA DEFENSA

s. DE

UXORE STERILI

DISSERTATIO HISTORICO - JURIDICA

QUAM

DIVINIS SUB AUSPICIIS

EX DECRETO

ORDINIS JURIS - CONSULTORUM

PRO LICENTIA

GRADUM DOCTORIS

IN UTROQUE JURE RITE OBTINENDI

AD D. JOVIS XVI. AUGUSTI A. R. S. MDCCCLXXXVII.

SOLEMNI CENSURÆ SUBMITTIT

FRIDER. REINHARDUS KUGLER

ARGENTINENSIS.

H. L. Q. C. IN CERTAIS TITIS.

---

ARGENTORATI,

Typis JOH. HENRICI HEITZ, Univers. Typ.



ILLUSTRI LARGITIONIS  
QUA  
JOH. JACOBUS FRIDIUS  
ARGENTINENSIS OLIM SYNDICUS  
MEMORIAM SUI  
STABILIVIT  
DISPENSATORUM COLLEGIO  
VIRIS  
DE RE PUBLICA ET LITERARIA  
OPTIME MERITIS  
PATRONIS ATQUE FAUTORIBUS  
ÆTERNO PIETATIS CULTU  
PROSEQUENDIS  
PRIMITIAS HASCE STUDIORUM  
IN GRATISSIMI ANIMI PIGNUS

D. D. D.

A U C T O R .



---

## CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

### PRÆFATIO.

### PARS GENERALIS.

- I. Finis Creationis. I. II.
- II. Indoles Hominis. III — V.
- III. Principia Juris Naturæ de Matrimonio.
  1. Ejus finis generalis, Mutuum Adjutorium. VI.
  2. Ejus Definitio. VII. VIII.
  3. Ejus finis specialis, Procreatio sobolis. IX — XV.

- IV. Principia Juris Divini Positivi de Matrimonio.

1. Ejus finis generalis. XVI.
2. Ejus finis specialis. XVI — XVIII.

- V. Perpetua matrimonii natura ac indoles.

1. Jure Naturali. XIX. XX.
2. Jure Divino Positivo. XXI.

- VI. Principia de Divortio. XXII.

1. Juris Naturalis. XXIII — XXIX.
2. Juris Diyini Positivi. XXX.

### PARS SPECIALIS.

- I. Sterilitatis Etymologia. §. I.
- II. Ejus Definitio & Divisio. §. II.
  1. Apud Medicos.
  2. Apud JCtos.

)

III. Ejusdem Probatio. §. III.

IV. An Sterilitas justa sit causa Divortii.

1. Jure Naturali. §. V.

2. Jure Divino Positivo.

1) Veteris Testamenti. §. VI.

2) Novi Testamenti. §. VII.

3. Jure Romano.

1) Sub Regibus. §. IX.

2) Libera Republica. §. X.

Exemplum primum Carviliae. §. XI.

3) Sub Impp. Gentilibus. §. XII.

4) Sub Impp. Christianis. §. XIII.

4. Jure Canonico. §. XIV.

5. Jure Hodierno.

1) Apud Catholicos.

Speciatim in Gallia. §. XV.

2) Apud Protestantes. §. XVI.

V. Exempla ex historia petita.

1. Extra Galliam. §. XVII. & XVIII.

2. In Gallia. §. XIX.

1) Dagoberti I. divortium duplex. §. XX.

2) Caroli M. §. XXI.

3) Lotharii II. §. XXII.

4) Ludovici XII. §. XXIII.

5) Henrici IV. §. XXIV.

---

PRÆFATIO.





## PRÆFATIO.

---

*E*xpedit omnino, ad consequendam, quantum mortalibus datum est, solidam rerum divinarum ac humanarum notionem, earum origines scrutari ac fines; quorum cognitione quis destitutus, facile eo delabi potest, ut finem inepte putet, quem nunquam naturæ auctor sibi proposuerat. Hæc veri curatior indagatio, ut in aliis omnibus, multisarios afferre potest fructus, ita præprimis in Jurisprudentiæ nostræ studio, maxime necessaria est, cum omni modo, ad ipsas legum ac causarum decisiones, non parum faciat, si probe investigemus, unde hoc vel illud originem trahat, quique sint rei cujusque fines, quos æquus & bonus Legislator ac Jūdex attendere debeant. Procul dubio eadem hæc principia æqui & justi, ultra & citra quæ jus transformatur in injuriam, pro norma principali

A

erunt affumenda, si de matrimonii natura ac fine quæstio  
oritur.

Prima quæ unquam inter homines existit societas, fuit  
conjugalis, estque illa coæva communibus nostrum paren-  
tibus, pressoqué ipsam generis humani originem sequitur  
pede. Quo magis autem necessarium & summis æque ac in-  
fimis commune hujus societatis est vinculum; eo majori  
studio in id omnino eritendum, ut officia hominum & hac  
ex parte probe determinentur & certi ac indubitati fines  
quoad jura matrimonialia stabiliantur. Duplex nobis ad  
hanc cognitionem obtinendam, strata est via princeps,  
Lex naturæ & Revelatio; quibus omnia, ab humanis legis-  
latoribus de conjugio sancita, tanquam lapidi Lydio ap-  
plicanda erunt, si modo ad altiorum æquitatis ac justitiæ  
gradum adscendere velimus. Quemadmodum autem bene  
contraicti matrimonii, innumera esse possunt ac solent com-  
moda; ita infausto numine celebrata conjugia, calamita-  
tum humanarum non raro longam necunt seriem.

Hinc, dolenda omnino divortiorum origo & frequentia,  
quibus mortales ab infelici sese conjugio liberare legibus et-  
iam suffragantibus, tentarunt si probabiles viderentur adesse  
causæ; quales modo plures, modo pauciores admirerunt  
Legislatores, prouti matrimonii jura ac officia vel latio-  
ra vel strictiora putabant. In examinanda autem harum  
causarum justitia, multa quidem multorum obvia fuere  
scripta; inter quos tamen nullum adhuc inveni, qui ex  
professo questionem, an sterilitas uxoris inter justas sit di-  
vortiorum causas ponenda, tractaverit? cum tamen illa,

primo statim intuitu, gravis admodum magnique momenti non possit non videri, non inter privatos solum ac subditos, verum etiam inter personas illustres imo & in causis ipsorum Summorum Imperantium usum insignem habitura. Etenim si matrimonium, nonisi societas est maris ac fœminæ sobolis procreandæ causa inita, quam matrimonii definitionem Doctores Juris Naturalis plerique & tantum non omnes tradere solent, quæstio ista hoc Jure dubio procul affirmanda est, cum certe uxor sterilis liberos procreare non possit adeoque finem matrimonii, quem principalem putant, adimplere nequeat. Verum cum, uti mihi quidem videtur, societatis conjugalis finis latius pateat, nec sola procreatio ne sobolis continueatur, sola uxor's sterilitas etiam Naturali Jure iustam divorpii causam constitutere nequit; quam sententiam speciminis Academicci loco, pro viribus defendere animus est.

Instituti ratio hæc erit, ut prius in Parte Dissertationis generali, principia generaliora de matrimonii natura ac indole tradam: in speciali dein, secundum præcepta, tum sanæ rationis, tum Juris Divini Positivi, Civilis, Canonici nec non Hodierni disquiram, an uxor sterilis jure dimitti possit? ac tandem exempla quædam Regum ac Principum quæstionem hancce illustrantia ex historia subjungam.

Divinum Numen ut conatibus meis faveat supplex precor; Lectoris autem benevoli æquam juvenilis laboris rogo censuram.

## PARS GENERALIS.

I. Finis ob quem DEUS optimus maximus orbem terrarum, uti alia omnia, creavit, est, tum ejus omnipotentiæ ac sapientiæ manifestatio, tum etiam ejusdem benignitatis ac beneficentiae erga creaturas demonstratio.

II. Ad huncce finem obtainendum, ei principem habitatorem dedit Hominem, anima rationali ac corpore præditum; quorum ope ipse auctoris sui omnipotentiam ac sapientiam colere & venerari, media, ad eos beatitudinis gradus, quorum capax est, ascendendi, cognoscere, & sic innumeris cumulatus beneficiis vitam beatam ac felicem transfigere posset.

III. Providus autem hujus universi fabricator, in condendo homine, diversi sexus eum esse voluit, masculum ac fœminam: quorum qualitates quidem essentiales, eæ scilicet, quæ hominem efficiunt hominem ac creaturam a cæteris animantibus distinctam, utriusque sexui sunt communes ac inter se conveniunt; in aliis autem multum a se invicem differunt.

IV. Ita corporis machinam si adspicimus, illam maris robustiorem ac ardui laboris magis patientem esse fœminea, nemo inficias ibit. Quod ad animam, hominis partem nobiliorem, attinet, cuius tutelæ quasi commissum est cor-

pus; facile & in ea, pro sexus diversitate, distinctas comprehendimus modificationes. Mares videmus indole regulariter austeros, graves, intrepidos; foeminas contra indole laetas, festivas, timidas.

V. Quamvis autem ita Creatori sapientissimo placuerit, diversam formare maris & foeminæ naturam ac indolem, utrique tamen sexui simul mutuum quendam amorem infavit, sive voluntatem propensissimam, qua unus alterius societatem ac conjunctionem vehementer appetit, mutuae felicitatis fruendæ ac promovendæ causa.

VI. Societatem hanc maris ac foeminæ, vulgo *matrimonium*, rectius *conjugium* vocamus; cuius adeo finis in eo consistit, ut conjuges, non solum omni ea felicite, quæ ex diversi sexus coniunctione obtineri potest, utantur fruantur, verum etiam in mutuo adjutorio, ut unus alterius felicitatem pro viribus quidem, ast indefinite ac omni iusto modo promovere studeat: qui finis ei adeo est essentialis, ut fine eo nullum verum conjugium intelligatur.

VII. Hinc conjugium, si secundum ea, quæ vel sola fana ratio nos docet, definiri debet, videtur esse *consortium omnis vitæ, tam secundæ, quam adversæ fortunæ inter conjuges communicatio*.

VIII. Unde porro sequitur, eos, qui secundum jus naturæ conjugium definiunt, per *societatem maris ac foeminæ, sobolis procreandæ ac educandæ causa contractam*, universum societatis conjugalis ambitum minime exhaustire, nec veram ejus naturam fistere.

IX. Mutuum istud adjutorium, finem matrimonii generalem constituens, varios sub se continet fines speciales, tot scilicet, quot diversæ dantur felicitatis species, quæ in societate conjugali obtineri possunt.

X. Ipsum vero dictamen sanæ rationis, nos jam docet, inter hos fines conjugii speciales, primarium quendam locum tenere procreationem sobolis, atque huic arctissimo conjunctam vinculo, ejusdem educationem; quæ quippe utriusque conjugis perfectionem ac felicitatem insigniter augere ac promovere possunt.

XI. Præterea Creator sapientissimus, non solum utrumque sexum ita formavit, ut ex ejus coniunctione procreatione quoque sobolis humanæ & per eam propagatio generis humani obtineri possit; verum etiam, ad hunc finem eo magis obtainendum, utrique sexui ardentissimum indidit stimulum, ad coniunctionem istam appetendam.

XII. Unde omnino sequitur etiam ex voluntate Creatoris, procreationem sobolis humanæ esse finem conjugii: adeoque conjuges gravissime atque contra intentionem divinam peccare, qui conjugalem celebrant societatem, animo procreationem sobolis vitandi.

XIII. Quamvis autem hic finis specialis, conjugio regulariter insit, tamen ei non est substancialis nec perpetuus, ut est mutuum adjutorum, sed ab eo etiam abesse potest, salvo conjugio.

XIV. Ita cessat quandoque hic finis, si ambo conjuges,

aut alteruter eorum inhabilis est ad eum obtinendum; veluti si maritus impotens sit, aut *uxor sterilis*.

XV. Ita quoque finis iste plerumque cessat in iis, qui societatem conjugalem ineunt, ad eam jam ætatem provecti, qua spem de procreanda sobole vix amplius fovere possunt; quos tamen si mutuum adjutorium sibi proposatum habent, justo in conjugio vivere nemo facile negabit.

XVI. Quæ ita fana ratio de fine conjugii nos docet, egregie confirmantur, si *Jus divinum positivum* adimus: quippe quod procreationem sobolis, quidem etiam tanquam finem quandam conjugii considerat; *GENES. I*, 28. paulo post tamen, nimirum *GENES. II*, 18 *sqq.* sat clare docet, mutuum adjutorium primarium ac substantiale esse societatis conjugalis finem.

XVII. Nec obstat, quod illud commemoret procreationem sobolis ante mutuum adjutorium, de illo statim *Cap. I.* de hoc demum *Cap. II.* verba faciens: hoc enim ex analogia utriusque capitis explicandum est.

XVIII. In *Capite I.* Moses historiam totius creationis in compendio sifit, ac simul indicat modos, quibus orbis creatus ex voluntate Creatoris sese conservare, atque non solum vegetabilia & bruta animantia, sed & homines, genus suum propagare debeant. In *Capite II.* dein specialiter ac distinctius de creatione hominis sermo instituitur, ac de Eva additur, eam Adamo a Deo in adjutorium datam esse, nec amplius procreationis sobolis, in hoc capite, ulla fit mentio. Quin potius in eodem hoc capite societas

conjugalis ita explicatur, ut illa quidem mutuum adjutorium omnino contineat, nullum vero peculiarem ac necessarium respectum ad procreationem sibi habeat. Ita enim ipsi Adamo in *commate* 24. conjugium videtur esse consortium omnis vitae, vinculum arctissimum, quod conjuges mutuo stringit, ac cui quocunque aliud cedere tenetur; *hinc vir deferet patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.*

XIX. Porro si vel *solanam rationem* consulimus, jam satis adparet matrimonium ex voluntate Creatoris ad certum tempus contrahi non posse; sed sua natura esse perpetuum, ad dies vitae utriusque conjugis duraturum, siquidem amor conjugalis, qui præcipuum ejus fundamentum constituit, sua natura nullum certi temporis mensuram admittit, cuius lapsu exspiret: quin potius in dies eorum majora capit aut faltem capere debet incrementa, quo diutius conjuges in matrimonio jam vixerunt, sibique fidem conjugalem mutuo præstiterunt.

XX. Improbat itaque ipsa fana ratio, dissolutionem conjugii etiam utriusque partis consensu faciendam, tanquam naturæ conjugii contrariam: imo secundum ejus naturam talis dissolutio nequidem cogitari potest.

XXI. Etiam *Jure divino positivo*, conjugium perpetuum esse, ac non nisi morte alterius conjugis dissolvi debet; *GENES. II, 24. MATTH. XIX, 6. 1 ad CORINTH. VII, 39.* Unde & hoc jure conjugium mutuo consensu eo minus dissolvi poterit,

poterit, quo magis illud nos edocet, ipsum Deum conjugalis societatis esse auctorem & masculum ac foeminam in matrimonio conjunxit; *quod autem Deus conjunxit, homo ne separet.* MATTH. XIX, 6.

XXII. Multo magis itaque damnat utrumque Jus divinum, tam naturale, quam revelatum, divortia sive illas dissolutiones conjugii, quæ una parte invita fiunt.

XXIII. Annon tamen hæc regula aliquas admittat exceptiones & annon, tam Jure divino naturali, quam positivo, justæ dentur divortii causæ, ob quas conjux a conjuge etiam invito secedere possit, quæstio est inter DD. controversa.

XXIV. Quod ad *Jus naturæ* attinet, videtur divortioties locus esse, quoties conjux conjugi non præstat ea, quæ finis matrimonii ab ipso exigit: ut tamen sit distinguendum, utrum illud *dolo, culpa* aut *casu* fiat.

XXV. Quod si conjux, sive maritus sit sive uxor, sciens volensque fidem conjugalem lædit, veluti, si mutuum adjutorium deneget, aut sobolis procreationem impediat, dubium minime esse poterit, quin jure naturali locus sit divortio, imprimis si pars lædens, officii sui admonita, non resipiscat atque in contumacia, perfistat.

XXVI. Quod si enim pœnitentia ductus lædens particeps idoneam offerat satisfactionem, matrimonium, ob arctissimum quo conjuges inter se necuntur vinculum, conservandum esse æquitas naturalis suadet.

XXVII. Quæ omnia multo magis locum habere debent in conjugi, non dolo, sed culpa fidei ac officio conjugali non satisfacente: ubi si negligentiae veniam, si culpæ remissionem petit, illæ ei minime denegandæ erunt a conjugi læso, qui suæ quoque humanitatis ac infirmitatis conscientia, quandoque similem culpam contrahere & tunc quoque eandem indulgentiam jure meritoque sperare potest, quam alteri exhibuit.

XXVIII. Denique si conjux solo casu, sine dolo ac culpa impediatur partes quasdam officii conjugalis porro adimplere, cum casus nemini imputari queat, isque a sola prævidentia divina pendeat, ideo matrimonium non debet disrumpi, si in reliquis finem conjugii pro viribus adsequi studiat, nec ad eum obtainendum prorsus inhabilis sit.

XXIX. Imo etiamsi ad omnia ea, quæ a conjugi alias præstanta sunt, præcipue casu quis inhabilis redditur, tamen a parte incolumi minime deseriri debet: quod certe commiserationis sensus, quo afficimur, quando miseriam aliorum, præsertim immerentium adspicimus, suadet: ita tamen ut hoc posteriori casu conjux incolumis ad aliud progredi possit matrimonium.

XXX. Etiam *Jus divinum positivum*, aliquas divorcii causas admittere videtur Protestantibus, verum non nisi tales, quæ in conjugi, a quo alter divertere vult, dolum supponunt ac contumaciam; uti adparet ex *MATTH. XIX*, 9. & 1. ad *CORINTH. VII*, 15.

## PARS SPECIALIS.

## §. I.

## STERILITATIS ETYMOLOGIA.

Vocabula *sterilis* aut *sterilus* a) στερός; *sterilitas*, στερη-  
σις, στερωτική, infœcunditatem denotare & a græco verbo στερεία,  
quod & aliis στερέω, careo, orbo, privo, derivanda esse,  
fatis constat. Vocibus autem hisce promiscue utuntur scri-  
tores, tam Græci, quam Latini, sive hominum, sive alia-  
rum animantium, denotare volunt vitium, quo inhabiles  
redduntur ad sui similis procreationem; imo easdem etiam  
metaphorice, de rebus inanimatis prædicare solent. Oc-  
currunt insuper, apud autores præcipue Medicos græcos  
aliæ adhuc denominationes synonymæ, uti ἀφορος, ἀφορια,  
ἀλευρια, ἀγονια, &c. Apud Latinos *infœcundus*, *improlis* &c.  
Vocabulo itaque sterilitatis in sensu latiori accepto masculi  
quoque steriles dici possunt, ita ut in utroque sexu sterilitas  
locum habeat, si sub ea illud intelligas vitium, quo orga-  
na generationi destinata, ita sunt comparata, ut eorum fun-  
ctiones, vel plane aboleantur, vel faltem ita sunt deprava-  
ta, ut ad copulam omnino sint inepta adeoque propagatio-  
ni locus esse nequeat. Ita certe Medici utrique sexui steri-  
litatem quandoque tribuunt b). Quod tamen ad prius vi-

a) Ut apud LUCRETIUM, Lib. II. v. 844.

b) v. GERHARDI VAN SWIETEN, Commentar. in BOERHAAVE Aphorismos de cognoscendis &amp; curandis morbis. Tom. I. p. 858.

tium attinet, ubi plane abolitæ sunt functiones organorum, quæ ad generandum necessario requiruntur, quodque utriusque sexui commune est, illud disinctius *impotentia*, quam *sterilitatis* nomine in Jure æque ac in Medicina venire sollet c). Magis vero sterilitas de foeminarum prædicatur, & quidem jure meritoque, præcipue cum negari nequeat, causas sterilitatis in sexu sequiori frequentiores esse, quippe in quo plures aliae qualitates, omnino necessariae, requiruntur, ut hominis primordia in utero non solum rite suscipi, sed & susceppta retineri, foveri & ad perfectam maturitatem perduci possint.

### §. II.

#### STERILITATIS DEFINITIO ET DIVISIO.

Causam foeminarum sterilitum hic acturi, videamus ante omnia, quænam fœcunditatis sint requisita: quibus perspectis facilis negotio sterilitas priori e diametro opposita determinari ac definiri poterit. *Uxor autem fœcunda* illa mihi dicenda videtur, cuius uterus ita est dispositus, ut fœtum concipiatur, conceptum retineat, retentum alat, ac iusto tempore vivum in lucem edat. Unde sequitur, primo

---

c) v. C. 25. Ca. XXXII. q. 7. C. 1. 2. 3. X. de frig. & malef. SANCHEZ, de sancto matrimonii Sacramento, disp. 92. Lib. VII. n. 1. ubi dicit aliam esse impotentiam ad copulam, aliam impotentiam ad generandum, quæ vocatur sterilitas. ZACCHIAS in Quæst. Medico-Legalibus, Lib. III. tit. I. Quæst. 7. n. 7. cf. GERHARD. VAN SWIETEN, l. c. Job. Ge. SIMON, in brevi definit. impotent. conjugalis. Jen. 1675. GRUNER, in Diss. de causis impotent. in sexu priori. Jenæ 1774. PLOUCQUET, über die physische Erfordernisse der Erbfruchtigkeit der Kinder. Tübing. 1779.

loco requiri, ut concipiat mulier: conceptione enim deficiente reliqua omnia quoque deficere in aprico est. Hinc *sterilis uxor* illa mihi dicitur, quæ concipere nequit, licet viro fœcundo justo tempore ac modo utatur. Consentaneum hac in re omnino habeo Medicorum Principem **HIPPOCRATEN** d), statuentem, omnes eas esse steriles, quæ εἰ μήσεστον, non concipiunt, quoniam εἰ δέχονται οἱ μητρές των γονῶν, non capiunt earum matrēs *semen* genitale e). Quamvis autem inter Medicos de sterilitatis definitione satis conflent, minime tamen consentiunt de ejusdem causis. **GALENUS** quidem f) eas dividit in *parvas* & *magnas*, illis medelam afferri posse tradens, his vero non. Alii malunt eas dividere in *absolutas*, quæ omnem veneris usum ac effectum tollunt, & in *relativas*, quæ fœminam tantum ad tempus sterilem efficiunt. g). Quamvis autem Medici inter se disputent, quænam causæ sterilitatis ad *absolutas*, quænam ad *relativas*, referri debeant, scopo meo sufficit an-

d) περὶ ἀφορῶν, de his quæ uterum non gerunt, initio, Tom. II. ed. Lindbrog. p. 616.

e) ZACCHIAS l. c. n. 4.

f) In Commentar. ad **HIPPOCRATIS** Aphorism. Aphor. 62. sect. 5.

g) Cf. GRUNERUS in Diff. de causis sterilitatis in sexu sequiori. Hal. 1769.

BARTHOL. VON BATTISTI A S. GEORGIO in Abhandl. von den Krankheiten des scheinigen Geschlechts. Vindob. 1784. p. 38. & sqq. von der weiblichen Unfruchtbarkeit. Eodem plane modo Dr. CHAMBON DE MONTAUX, in traité des maladies de la grossesse, Paris 1785. Tom. I. p. 1. & sqq. causas sterilitatis dispertitur; absolutas dicit consistere: dans des vices incurables des parties de la génération; relatives contrairi d'une organisation particulière, soit qu'elle soit naturelle ou accidentelle, mais à laquelle on peut faire subir un changement, qui dispose une femme à devenir floronde.

notasse, ex ipsorum Medicorum sententia dari causas sterilitatis non solum insanabiles, verum & sanabiles, quæ artis ope tolli possunt h).

### §. III.

#### STERILITATIS PROBATIO.

Porro si nunc quæstio movetur de probatione sterilitatis illa fane, si non impossibilis, tamen plerisque in casibus non poterit non esse nisi difficillima; siquidem ejus caufæ fæpius internæ sunt, occultæ ac absconditæ, nec in sensu nostros cadunt. Ita de probatione sterilitatis, inter plures alios, judicat laudatus CHAMBON DE MONTAUX l. c. ita scribens: *comme la sterilité dépend souvent, de la mauvaise conformation des parties internes de la génération, l'examen le plus attentif pour en découvrir la cause, ne la fait pas toujours reconnoître, & les anatomistes les plus ex-*

b) Sterilitatem morbis mulierum accensent quidem Medici, quod non indistincte verum est Jure nostro, ut docet ULPIANUS in L. 14. §. 3. ff. de Aedil. Edict. Scilicet eum Edictum Aedilitium inter alia etiam quædam caveret de redhibitione mancipii ex capite vitii aut morbi; jam olim TREBATIUM inter & LABEONEM orta fuit disputatio, ut refert GELLIUS N. A. Lib. IV. c. 2. utrum mulier sterilis fana, an vero morboſa aut vitiosa reputanda sit; atque addit Gellius LABEONEM existimasse eam indistincte quasi minus sanam redhiberi posse: TREBATIUM contra distinxisse inter mulierem sterilitate nativa, ac eam, cuius valetudo offendisset & ex ea vitium factum esset, ut concipere fœtus non posset; priorem sanam, posteriorem non sanam videri. Quam distinctionem TREBATII, utpote humaniorem ac æquiorem, ULPIANUS in Lib. I. ad Edict. Aedil. approbavit, ex quo deinde eam TRIBONIANUS L. 14. cit. inseruit.

ercés, ne peuvent pas juger avec certitude de la possibilité de l'imprégnation, chez une femme, qui ne présente pas une lésion manifeste dans l'utérus ou le vagin. Quand les organes situés plus profondément ont contracté des alterations, qui les privent de l'exercice de leurs fonctions, il est quelquefois impossible de distinguer cet état. Eandem difficultatem probandi sterilitatem fatetur BATTISTI à St. GEORGIO. I.c. his verbis, gleichwie nun das ganze Zeugungs-Geschäffte uns gänzlich und vielleicht für allezeit verborgen ist, so sind auch unzählbare verborgene Ursachen der Unfruchtbarkeit, von denen wir sehr wenig kennen i).

#### §. IV.

#### AN STERILITAS UXORIS JUSTA SIT DIVORTII CAUSA.

Disquisitis hucusque iis, quae ad sterilitatem in genere spectant, propius ad rem ipsam accedamus. Videamus itaque, quatenus sterilitas uxoris possit esse marito justa divortii causa. Divortium autem mihi hic est, dissolutio matrimonii rite contracti, utroque conjugé vivente facta.

---

i) Jureconsulti æque ac Medici, difficultates probandi sterilitatem, jam dudum perspexere, hinc nata diversa eorum tentamina, e quibus notare juvat; ANNÆUM ROBERTUM *Libr. IV. Rer. Judicat. c. 10.* ALEXANDRUM SPERELLUM *Decis. forens. Eccles. Decis. 141:* cf. quoque BOEHMERUS *J. E. P. Lib. IV. t. 19. §. 1.* ubi longus adest catalogus Medicorum, hancce quæstionem illustrantium.

## §. V.

## JURE NATURALI

Si principia generalia conferuntur, quæ superius, in parte generali, tam de natura ac indele matrimonii, quam etiam de justis divorciis causis, ex dictamine sanæ rationis eruta, propofui ac stabilire tentavi; facile cuilibet patebit, jure naturali solam uxoris sterilitatem nullam marito justam præbere divorciis causam, unico excepto casu, quem mox videbimus. Scilicet cum finis matrimonii sive societatis conjugalis primarius, ut supra vidimus, non sit procreatio sibolis, sed potius mutuum adjutorium, individua vitæ confuetudo, utriusque fortunæ, tam secundæ, quam adversæ perpetua communio; prono inde alveo sequitur, uxorem, si in reliquis partibus mutuum præstat adjutorium, si fidem conjugalem pro viribus adimpleret, ex hoc solo capite, quod liberos parere nequeat, non esse matrimonio privandam. Præterea sterilitas uxoris absoluta, perpetua ac infanabilis, a marito vix unquam & ne vix quidem probari potest, ob rationes §. III. expositas: quin plane ejusmodi sterilitas immedicabilis nequidem in regula præsumi debet, cum experientia nobis suggerat complura exempla foeminarum in societate conjugali viventium, quæ, cum per plures annos steriles & infœcundæ viſe fuissent, nihilominus tamen deinde numerosæ sibolis matres etiam in eodem matrimonio exfliterunt. Sane si uxor natura sterilis fit, aut casu quodam in hoc vitium & absque sua culpa incidat, an inde marito, si æquitatem consulimus, jus

jus nasci possit, rumpendi societatem arctissimam, quam cum ipsa contraxit? annon potius hujus vinculi natura ac indoles vult, annon tenerimus iste affectus, qui conjuges naturali ratione unire solet ac debet, sponte ad id maritum dicit, ut huncce uxoris suæ casum & ipse ferat, nec ideo eam domo ejiciat, ac in miserrimam conditionem detrudat?  
*Quid enim tam humanum est, elegantissime inquit ULPIANUS in L. 22. §. 7. ff. soluto matrim. quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse?* Et quid si plane culpa sua vitium istud contraxerit uxor, etiam immedicabile, annon eadem rationes, potius mariti indulgentiam ac commiserationem provocabunt, quam ejus ultionem ac vindictam, præcipue cum sciat se quoque hominem esse, nihilque humani a se esse alienum. Sola itaque mulier, quæ malo proposito sciens ac volens se perpetuo inhabilem reddit ad sibolem procreandam, (si modo de hoc ejus facinore constare potest) indigna est uxor nominne, indigna, quacum societas conjugalis continuetur.

### §. VI.

#### JURE DIVINO POSITIVO VETERIS TESTAMENTI

Videamus nunc porro alterum fontem primarium, ex quo Justitiae præcepta haurire possumus, Jus Divinum positivum sive revelatum, & primo statim loco Jus divinum veteris Testamenti. Ubi si inspicimus Jus Mosaicum, illud, uti notum est omnibus, marito insignem ac absolutissimam fere tribuit potestatem uxorem etiam invitam a se dimit-

C

tendi ac repudiandi; quo pertinet imprimis locus *DEUTERONOM. XXIV*, 1. ubi ex versione vulgata hæc leguntur: *Si acceperit homo uxorem & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fæditatem, scribet libellum repudii & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua.* Non quidem me fugit, diversimode interpretari DD. vocabulum hebræum *ERVATH*; alii per *fæditatem*, alii per *nuditatem rei*: imo *LUTHERUS* in vernacula nostra, illud generaliori sensu per *UNLUST* vertit: quæ lata vocis significatio ipsis quoque Phariseis accepta fuisse videtur, ut nos docet locus *MATTHÆI XIX*, 3. ex quo clare adpareat, Phariseos existimasse Legem Mosaicam marito permisisse uxorem suam dimittere quamcunque ob causam, *κατα πιστην αἰτιαν*. Quæ cum ita sint, dubium sane esse nequit, quin Jure Mosaico, marito quoque, ob solam sterilitatis suspicionem, uxorem suam farcinalas colligere & exire jubere licitum fuerit; idque eo magis præsumi debet, quo intensiori cura ac sollicitudine, Judæi olim, ex rationibus genti huic propriis, sibi solis procreationi studere, atque in id præprimis incumbere solebant, ne aliquando sine prole, præsertim mascula, decederent. An vero olim apud Judæos mariti hoc jure, hac potestate a Legibus sibi concessa, frequenter usi fuerint, atque uxores, officio conjugali in reliquis pro viribus satisfacientes, ob solum fecunditatis defecuum, domo ac convictu ejecerint, suasque res sibi habere jusserint; ejus sane rei vestigia, nec in facris paginis nec in profanis occurront; imo illæ plane exempla nobis in contrarium

suppeditant clarissimorum ex hac gente virorum, vitæ familionia morumque puritate quam maxime conspicuorum, qui quidem uxores habuere per plures annos infœcundas sterilesque, quas tamen ex hac causa minime repudiandas existimarunt, quin potius cum iisdem matrimonium eo etiam tempore continuarunt, cum de sobole ex ipsis procreanda plane desperassent. Testantur hoc exempla *ABRAHAMI*, *GENES. XI*, 20. *ISAACI*, *GENES. XXV*, 21. *JACOBI*, *GENES. XXIX*, 32. aliorumque: imprimis vero meretur, quæ laudetur humanitas insignis *ELCANÆ*, qui uxorem suam sterilem, atque hancce, uti ei videbatur, calamitatem iniquiori animo ferentem etiam consolari studuit, *I. Regg. I*, 20. his verbis: *Anna cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? numquid non ego melior tibi sum, quam decem filii.*

### §. VII.

#### NOVI TESTAMENTI

In Novo Testamento ipsemet *SALVATOR* noster, ut docent loca apud *MATTH. V*, 32. *XIX*, 3. *sqq.* & *Marc. X*, 2. istam divortiorum licentiam, maritis Lege Mosaica permisam, quam maxime reprehendit ac improbat; addens eam Judæis olim fuisse indultam, ob ipsorum *σκληροτερίαν*, ob *durius cordis* eorum: neque enim eam ab initio obtinuisse, quin plane eandem pugnare cum primæva ac divina matrimonii institutione; Deum enim, dum masculum ac foeminam crearet, eos ita in matrimonio conjunxisse, ut in societate quadam perpetua ac indissolubili vitam deg-

G 2

rent, argissimo inter se vinculo ita ligati, ita connexi, ut vir quoque derelicturus sit patrem & matrem, atque uxori suæ adhærens duo sint futuri in carne una: quod adeo Deus conjunxit, homo ne separet. Prohibet itaque divinus Salvator noster, maritum uxorem suam dimittere, eaque dimissa aliam ducere; quod si fecerit, judice Christo, inœchus erit. Unicam tamen in utroque loco *MATTH.* paulo ante citato, exceptionem addit, quam ex mente Protestantium tanquam justam divortii causam admittit, πορνείαν scilicet: παρεγκτος λόγις πορνείας, εἰ μη ἐπι πορνείᾳ <sup>b)</sup> De vocabuli πορνείας significatu DD. quidem in diversas abire solent sententias; alii strictissimum πορνείας sensum assumentes, ob solum adulterium, alii laxiori modo hanc vocem interpretantes, etiam ob alias causas fonticas ac turpes, præter adulterium, Jure Divino Novi Testamenti, maritum uxori nunquam mittere posse putant. A quacunque autem horum interpretum parte steteris, nunquam inde inferre poteris, solum sterilitatem uxoris, hoc Jure justam esse divortii causam. Si enim in sensu etiam latissimo vocem illam acceperis, pro quavis fœditate aut turpitudine, sane ad eam referri nequit sterilitas uxoris, quæ in se spectata, nullam turpitudinem, si dolose procuratam exceperis, neque physicam, neque moralem continet <sup>l).</sup>

<sup>a)</sup> Plerique DD. Protestantium ex Jure Divino positivo aliam præterea justam divortii causam admittunt, nimurum malitiosam desertionem, ob locum D. PAULI, *I. ad Corinth. VII.*, 15. qua de re inferius.

<sup>b)</sup> Cf. præterea de hac quæstione SELDENUS, de *Uxore Hebraic.* *Lib. III.* c. 19. *Sqq.* PUFENDORFF in *Obs. Jur. Univ. P. I.* *Obs. 160.* GROTIUS, de *J. B. & P. Lib. II. c. 5. §. 9.* BROUWER de *Jur. connub.* *Lib. II. c. 30. §. 5.*

## §. VIII.

## TRANSITUS AD JUS ROMANUM

Prudentem quemvis ac benignum Legislatorem in omni Republica primas inter curas, matrimonii jura eorumque limites, tam in contrahendis, quam dissolvendis conjugiis habere debere, nemo facile inficias ibit, qui paululum perpenderit, quam arcte familiarum, ex quibus sane respublica conficitur, salus cum ea totius civitatis cohæreat. Experientia enim edocemur, quod, quo magiori apud aliquam gentem, inter alias, matrimoniales gaudent leges perfectione, illæque in Republica vigeant, eo ampliori Cives fruantur prosperitate; cum econtrario ex neglegentis iisdem, morum puritas amittatur totiusque Civitatis interitus nonnunquam subsequatur. Omnia hæc clare ac perspicue confirmari possent, si Leges connubiales imprimis Romanorum ac principia famosissimæ hujus gentis de matrimonii natura ac indole, pleniori ac curatori examini submittere liceret: cum autem instituti ratio id nec finat, nec poscat; videamus tantum ea jura, quæ Romani circa divorcia eorumque justas causas à primordiis Reipublicæ ad Imperatoris Justiniani tempora usque constituerunt m).

BEHEIM in *Diss. de Divortio Judæis* a Deo nunquam pracepto neque etiam legaliter permisso. Alt. 1729. qui auctores quoque citantur a Consult. SCHOTTIO, *Einleitung in das Ehrerecht*, Norimb. 1786. p. 505. &c. sqq.  
m) Cf. imprimis ZACH. HUBERUS, *de ritu ac licentia divoritorum Romanorum Part. II.* p. 127. sqq. in ejus *Dissertt. Jurid. ac Philolog. Franeg. editis* 1703. in 4.

## §. IX.

## S U B R E G I B U S

Urbis ac Imperii Romani conditor Romulus, primam de divortiis legem apud Romanos tulisse videtur, qua non uxori a marito, marito vero ab uxore divertere permisit, non quidem pro lubitu ac arbitrio suo, sed ob causas tantum graviores ac fonticas. Ita enim de eo refert PLUTARCHUS in ejus vita n). ἐπειδὴ καὶ νομος τίνας, ὃν σφραγίδος μεν ἔστι, ὁ γυναικὶ μηδέποτε αὐτολείπειν ἀνδρά, γυναικὸς διδόνεις ἐπιβιβλεῖν ἐπι Φραγματειῷ τεκνῷ, οὐ πλειστῷ ἐποβολῇ καὶ μοιχευθεῖσαν. ἐπειδὴ δὲ ἀλλως τις ἀποπεριφέρει, της ἄστας ἀπό το μεν της γυναικος ἔντα το δε της σφραγίδος ἕρζον κελευσι, constituit quoque leges quasdam, quarum ea valde dura est, quae mulieri nuptæ, nunquam permittit deserere maritum, at permittit uxorem exigere viro, propter venenum liberis datum, aut clavium subjectionem & adulterium o). qui aliter eam dimiserit, ejus bona partim uxori cedere, partim Cereri sacra esse jubens. Pro κλειστῷ ὑποβολῃ aliī legunt παιδῶν ἐπιβολῇ p), quae lectione etiam verisimilior videtur. Sed quicquid hujus rei fit, ex hoc loco PLUTARCHI clare satis apparet, Romulum inter divortii causas, ob quas & invitam marito liceret repudiare uxorem, solam hujus sterilitatem minime retulisse, cum tamen ejus quam maxime interfuerisset, ne civium matrimonio

n) pag. 22. edit. Froben. de A. 1560.

o) Quartam divortii causam lege Romuli marito permitti, si uxori vinum bibisset, addit DIONYS. HALICARNAS. Antiq. Rom. Lib II. cap. 4. Cf. A. GELLIUS N. A. Lib. X. c. 23.

p) Ut jam monuit ZACH. HUBERUS in d. Dissert. l. c.

nia infœcunda essent, neque urbs noviter a se condita numeroſa careret progenie.

§. X.

LIBERA REPUBLICA

Exactis Regibus, cum Respublica Romana, Tarquinii Superbi tyrannidem pertæsa, fese in libertatem vindicasset, an cauſe divorții lege Romuli definitæ, moribus populi & translatatio quaſi jure retentæ fuerint & ſic poſtea inter XII Tabularum leges relatae fuerint, clare ac perſpicue quidem probari nequit. De eo tamen conſtat, Leges quoque Decemvirales, maritum prohibuiſſe uxorem ſuam repudiare, niſi ex juſta aliqua cauſa; imo iſtas leges XII. Tabb. cauſas quasdam divorții, tanquam juſtas nominatiꝫ ac exprefſe definiuiſſe, indicant nonnulla veterum hac de re teſtimonia, imprimis locus CICERONIS *Philipp. II*, 28. hiſ verbis; *Mimam ſuas res ſibi habere jufſit, ex XII Tabb. cauſam addidit, exegit*; cui loco omnino jungendus ille CAJI in *L. 43. D. ad L. Jul. de Adult.* que deſumta eſt ex ejus *Lib. III. ad LL. XII. Tabb.* ubi ita ait: *Si ex lege repudium miſſum non fit, id eſt, si maritus uxorem non ex cauſa LL. XII. Tabb. adprobata repudiaverit, & idcirco mu- lier adhuc nupta eſſe videatur; tamen fi quis, (aut, ut alii le- gunt: tamethi quis,) eam uxorem duxerit, adulter non erit;* idque *Salvius Julianus respondit: quia adulterium, inquit, ſine dolo malo non committitur: quamquam dicendum, ne- is, qui ſciret eam ex lege repudiatam non eſſe, dolo malo committat.* Quænam autem fuerint iſtae juſtae cauſe divor- tii LL. XII. Tabb. adprobatae, liquido dici non potest: di-

*vinationibus per me indulgeant alii q).* Videntur quidem iisdem, frequentibus temporibus, cum in dies civium Romanorum jura adaugerentur, nonnullæ aliæ acceſſe; imo tota hujus rei cognitio, tandem marito, tanquam judici ac magistratui uxoris doméstico ſuiffe permiffa; ut fatis clare probant verba CATONIS senioris, ex ejus *Oratione de dote* apud GELLIUM N. A. Lib. X. cap. 23. *Vir cum divor- tium fecit, mulieri judex pro censore est, imperium, quod videtur, habet, si quid perverse tetreque factum a muliere, multatur; si vinum bibit, si cum alieno viro propri quid fecit condemnatur.* Verum ex ipſo hoc loco Catonis ſimul adparet, quæcunque etiam fuerint poft LL. XII. Tabb. justæ divoritorum cauſæ, iſta ætate maritum non potuiffe jure uxorem repudiare, niſi ob talem cauſam, in qua hujus vel dolus vel gravis admodum culpa adeffet.

### §. XI.

#### CARVILIA PRIMUM OB STERILITATEM REPUDIATA

Quamvis autem, ut hucusque ostendi, jam libera Republica, variæ extiterint justæ divoritorum cauſæ, nihilominus tamen matrimonia apud veteres Romanos, priſca morum ſimplicitate ac caſtilate viventes, adeo ſancta ac intemerata cuſtodiebantur, ut per quinque, & quod excurrerit, ſaecula poft urbem conditam, in Republica Romana,

ne

---

q) Ut ait JAC. GOTHOFREDUS in *Notis ad XII. Tabb. tab. 6. in fin. apud EVERH. OTTONEM in Thes. Jur. Civil. Tom. III. p. 174.*

ne unicum quidem extiterit divertii exemplum; si faltem fides habenda scriptoribus cæterum fide dignissimis, qui id confidenter & quasi uno ore afferunt, scilicet PLUTARCHO *r*), DIONYSIO HALICARNASSENSI *s*), A. GELLIO *t*) & VALERIO MAXIMO *u*). Rem itaque omnino singularem ac hucusque apud Romanam gentem inauditam, suscepit Sp. CARVILIUS RUGA, qui post initia sæculi VI. ab U. C. primus uxorem suam, non ex ulla Legibus probata causa, sed ob solam sterilitatem à se dimisisse dicitur. Factum hoc nobis refert A. GELLIUS *l. c.* his verbis: *Servius quoque Sulpicius in libro, quem composuit de dotibus, tum primum cautiones rei uxoriæ necessarias esse visas scripsit, cum Sp. Carvilius, cui Ruba cognomentum fuit, vir nobilis divertium cum uxore fecit; quia liberi ex ea, corporis vitio non gignentur, anno Urbis conditæ DXXIII M. Atilio P. Valerio Coss. atque is Carvilius traditur uxorem, quam dimisit, egregie dilexisse carissimamque morum ejus gratia habuuisse: sed jurisjurandi religionem animo atque amori præveruisse; quod jurare a Censoribus coactus erat, uxorem se liberum querendum gratia habiturum x).* Sp. Carvilius qui-

*r)* In Comparatione ROMULI & THESEI, p. 25. ed. cit.

*s)* Antiq. Rom. Lib. II. c. 4.

*t)* N. A. Lib. IV. c. 3.

*u)* Memorabil. Lib. II. c. 1. Dubitant quidem de rei hujus veritate nou nulli, inter quos etiam est Cel. Ev. OTTO in Praef. Tom. IV. Thef. Jur. p. 7. Verum ad ejus dubitandi rationes egregie ac erudite omnino respondisse videtur JOH. GUILL. HOFFMANN ad L. Jul. de Adult. Cap. I. §. 15. in FELLENBERGII Jurisprudentia antiqua Tom. I. p. 131.

*x)* Add. idem Lib. XVII. c. 1. Eodem fere modo rem narrat DIONYS. HALIC. l. c. paulo vero alter VALERIUS MAXIMUS l. c. ubi ait: Pri-

dem, ob ipsum hoc factum reprehensionem civium suorum, quin & eorundem odium incurrit y); nihilominus tamen, hac causa semel in Rempublicam admissa, ut fieri solet, alii adsuere imitatores, qui exemplo hoc excitati, uxores suas ob leviores etiam causas matrimonio privarunt z), ac sigillatim filius quoque sterilitatis causa repudiarunt. Pertinet hoc locus VARRONIS a), apud NONIUM in voce *beterē*: *as̄t post annos multos, quod parere ea non poterat mulier, foras betere jussit.* Ita quoque SYLLA, famosissimus Romanorum Dictator tertiam suam uxorem COELIAM, ὡς σειραν, tanquam sterilem, sed ἐντιμως καὶ μετ' ἐυφημίας κα-

---

mus autem Sp. Carvilius uxorem sterilitatis causa dimisit; qui quamquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non curuit: quia nec cupiditatem quidem liberorum, conjugali fidei præponi debuisse arbitrabantur. Differunt quoque a GELLIO in eo, quod VALERIUS MAXIMUS diuortium hoc Romæ factum fuisse dicat A. U. C. DXX. DIONYSIUS HALIC. vero Olympiade CXXXVII. M. POMPONIO & C. PAPIRIO COSS. qui Consulatus incidit in A. U. C. 522. cf. ZACH. HÜBERUS in *Diss. cit.* & HOFFMANN l. c. qui scite differentem hancē chronologiam conciliare studuerunt. Ceterum notum est, munera inter Censoria, præcipue quoque illud fuisse, ut isti morum Magistri non solum quemvis Civem Romanum, jurare cogerent se ex animi sententia uxorem habere, sed & tanquam crimen spreta conjugalia sacra vindicarent ac injuriosus eadem tractantes notarent: uti testantur VALER. MAX. *Lib. II. c. 9.* FESTUS voce *Uxorium.* GELL. N. A. *Lib. IV. c. ult.* cf. RAMOS DEL MANZANO ad LL. *Jul. & Pap. Lib. I. cap. 5. n. 5. sqq.* in *Thesauro MEERMANNIANO Tom. V.*

- y) Ut testantur DIONYS. HAL. & VAL. MAX. ll. cc.  
 z) Ut P. SEMPRONIUS, qui uxorem ejicit, quod se inscio ludos funebres spectarit, referente PLUTARCHO *Quæst. Rom.* p. 267. add. VALER. MAX. *Lib. VI. c. 3.* Complura alia exempla suppeditat HEINECCLUS *Antiq. Jur. Rom. in Append. Lib. I. §. 45.*  
 a) περὶ παιδοκτηνῶν.

*δορα προσθετα, honorifice & bona gratia & dona superad-  
dens dimisit b).*

§. XII.

SUB IMPERATORIBUS GENTILIBUS.

Postremis Reipublicæ temporibus, libertate civium sensim sensimque ad occasum vergente, cum ob morum corruptionem ac pravitatem, frequens quoque divertitorum usus apud Romanos invaleret, ac tandem sub Augusto ejusque successoribus, in effrenem plane ac indomitam licentiam, degeneraret: maritus haud raro uxorem levissima de causa, imo quandoque absque omni ratione, domo ejicere solebat c). Plane cum Lex Romuli, ut supra ostendi, marito quidem ab uxore, huic vero non etiam a marito divertere permetteret, quo jure foeminæ adhuc PLAUTI tempore vivebant d); hæ maritorum licentiam nunc imitantes a maritis frequentissime discedere cœperunt, tantum mutationis ergo, ut ita dicam, nulla alia interveniente causa, nisi ut priore marito relicto, in novi conjugis amplexus

b) Ut quoque testatur idem PLUTARCHUS in ejus *vita p. m.* 331. Imo exemplum plane contrarii, divertii nimirum ex causa fœcunditatis facti, idem habet in *vita CATONIS p. m.* 561. ubi refert Catonem Uticensem, flore scolæ apud Romanos facile principem, uxorem suam MARTIAM, admodum fœcundam dimisisse, illamque Hortensio amico in matrimonium collocasse, ut & ipse ex ea prolem susciperet.

c) Cujus rei exempla, ex SUETONIO, PLUTARCHO, atque VALERIO MAXIMO, complura collegit HEINECCIUS l. c. §. 45.

d) Ut adparet ex ejus *Mercatore Act. IV. Sc. VI.*

ruerent e). AUGUSTUM quidem modum imposuisse divor-  
tiis legitur apud SUETONIUM f), & quidem uti videtur  
per Legem Julianam de adulteriis, qua inter alia constituit,  
ut divertium solemniter fieret, adhibitis præter libertum  
septem testibus, civibus Romanis puberibus, alias pro  
irrito haberetur, quod nos docet L. 9. ff. de divort. & re-  
pud. g). Utrum vero idem Augustus divertiorum licentiam  
ulterius cohibuerit, justas quasdam eorum definiendo cau-  
fas, eo magis dubitare licet, cum satis constet, ipsum, fa-  
cinus inauditum TIBERII NERONIS, uxorem suam LIVIAM  
prægnantem repudiantis, non solum adprobasse, sed ean-  
dem plane ex ejus cessione in uxorem accepisse h). In tanta  
autem facilitate rumpendi foedera conjugalia, olim san-  
ctissima, quæ hac imprimis tempestate, de qua sermo est,  
apud Romanos obtinuit; divertia tamen bifariam distingui  
solebant. Nonnunquam enim conjuges mutuo solvebant  
matrimonium consensu, ac sic bona gratia a se invicem  
discedebant; saepius vero cum ira animi ac offensa unus  
ab altero etiam invito divertebat, ob delicti alicujus aut  
falsum culpæ reatum admissum i). In posteriori casu, uxor,

---

e) Loca SENECAE, MARTIALIS ac JUVENALIS, quæ hujus rei testimoniæ perhibent satis alias nota, in unum congesstæ HEINECCIUS l. c. §. 46.

f) In ejus vita cap. 34.

g) Conf. Barnab. BRISSONIUS ad L. Jul. de Adulter. XXVIII. pag. 123.  
HOFFMANNUS, l. c. cap. 3. §. 8. ap. FELLENBERGIUM, Tom. I.  
p. 227. & seqq. & HEINECCIUS l. c. §. 48.

h) Ut referunt TACITUS Annal. Lib. V. cap. 1. & DIO CASSIUS Lib.  
XLVIII. p. m. 383.

i) L. 6. ff. de Divort. & Repud. L. 32. §. 10. L. 62. ff. de Donat. int.  
vir. & uxor.

si causam divortio præbuerat, dotem amittebat, non quidem totam, sed ejus tantum partem, vel sextam, vel quandoque octavam, quam maritus retinebat *k*). In priori casu si matrimonium bona gratia fuit solutum, *unusquisque conjugum suum jus habebat imminutum l*), adeoque & uxor integrum dotem recipiebat; imo etiam donationes a marito divortii causa sibi factas recte accipiebat, dummodo deinde divortium re ipsa esset subsecutum *m*). Ad hæc autem matrimonia bona gratia dissoluta; *Jctus HERMOGENIANUS* in *L. 60. §. 1. ff. de Donat. int. vir. & uxor.* diferte refert illa, quæ ob sterilitatem fuerunt dirempta *n*), manifesto indicio, ex sententia Legum Romanarum, divortio, ex hac causa, utriusque conjugis voluntate, facto, nihil omnino inesse reprehensionis aut culpæ, neque ex parte mariti, uxorem infœcundam a se dimittentis, neque ex parte uxorius ob sterilitatem repudiatae *o*).

*k*) *ULPIANUS* in *Fragm. tit. VI. 12.* qui simul ostendit, quomodo maritus olim coercebatur, a quo uxor ob mores ejus graviores aut leviores divortium fecisset. add. *L. 47. ff. solut. matr.*

*l*) Ut ait *JULIANUS* in *L. 6. ff. de divort. & repud.*

*m*) *L. 60. §. 1. L. 64. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

*n*) Ex quo loco autem minime concludas quaso, Romanos divortia ob sterilitatem ideo admississe, quod liberorum procreationem, pro fine matrimonii primario habuerint: ut quidem multi etiam ex *L. 1. ff. solut. matrim. L. 220. §. 3. ff. de V. S. L. 9. Cod. de Nupt. L. 2. Cod. de'indict. videtur. probare student.* Optime sententia hæc vel sola definitione matrimonii, quam *Jus Romanum* in *§. 1. Inst. de P. P. & L. 1. ff. de R. N.* tradit, refelli potest, in qua illud latius omnino definitur, ac secundum principia sanæ rationis, in Parte Generali exposita, dicitur esse individua vita consuetudo, consortium omnis vitæ.

*o*) *NERO* quidem Imp. legitur uxorem *OCTAVIAM*, quam frustra s̄pē

## §. XIII.

## SUB IMPERATORIBUS CHRISTIANIS.

A temporibus dein CONSTANTINI MAGNI, Romanorum Imperatores, cum fidem Christianam jamjam publice profiterentur, adeoque ex facris litteris, non solum de divina matrimonii institutione, verum etiam de ejus ex voluntate Creatoris perpetuitate ac indissolubilitate fatis essent edociti, nihilominus divertiorum abusum atque frequentiam, ob altissimas, quas in Imperio Romano egerat, radices, usque adeo nec sustulerunt, nec arctioribus limitibus circumscriperunt, ut plane, suis constitutionibus, eandem magis firmasse ac stabilivisse videantur; ut vel ex sola constitutione THEODOSII ac VALENTINIANII, in L. 8. *Cod. de repud.* abunde adparet p). Quin adhuc ipse IMP. JUSTINIANUS, princeps alias religiosissimus, conjugibus insignem matrimonii dissolvendi concederit licentiam, ut patet ex ejus *Nov. XXII. cap. 4.* & seqq. In ea enim IMP. primo matrimonia utriusque conjugis consenu dissolvi posse simpliciter permittit, & quidem in tantum, ut hunc modum societatem conjugalem rumpendi, amborum con-

strangulare meditatus est, tanquam sterilem dimisisse, improbante ac ob-jurgante populo; apud SUETONIUM in *ejus vita*, ac TACITUM *Annal. Lib. IV. c. 6o.* Verum videtur populus non tam huic divortio a Neroni suppositam causam, quam ipsum potius divortium improbabile.

p) Cf. L. 1. *Cod. Theodos. de repud.* quæ est CONSTANTINI M. L. 2. *Cod. Theod.* quæ est THEODOS. & HONORII; L. 9. *Cod. Justin. de re-pud.* quæ est ANASTASI.

jugum arbitrio penitus relinquat; deinde vero complures & magno numero recenset, justas divortii causas, ob quorum singulas vel maritus uxorem invitam repudiare, aut uxor a marito invito divertere potest; cum hoc tantum discrimine, ut in nonnullis casibus impune hoc procedat, in aliis vero sub poena amittendi dotem atque donationem propter nuptias, si uxor causam divortio praebuerit; aut restituendi dotem cum donatione antenuptiali, si maritus justam divertendi causam uxori dederit. Præterea vult IMP. in fine *cap. XV.* easdem poenas obtainere, si divortium absque ulla causa factum fuerit: adeoque & hoc in casu matrimonium ex mente Justiniani dissolvitur, ita ut maritus, qui uxorem fine causa repudiavit, mox aliam ducere possit; non etiam uxor fine causa a marito divertens, cui IMP. non nisi elapsa quinquennio ad alias nuptias transire permittit. Demum quinque post annos Justinianus in *Nov. CXVII.* *cap. 8.* & *sqq.* divortiorum licentiam coercere ac restringere feria mente coepit *q).* In ea enim conjuges omnino prohibet, mutua utriusque voluntate matrimonium dissolvere; excepta tantum causa religionis: & sic hoc ipso innumeris divortiis occasionem ansamque præripit ac aufert *r).* Dein-

*g)* *Novella XXII.* ut ejus subscriptio docet, promulgata fuit post Confatum Belisarii, id est A. C. DXXXVI. *Novella vero CXVII.* lata est Basilio Conf. id est A. C. DXLI. cf. ANT. PAGI de *Conful. Caesar.* ad hh. aa. p. 302.

*r)* Verum hancce JUSTINIANI prohibitionem, ejus in imperio successor JUSTINUS II. f. Junior rursus sustulit, atque ut matrimonium utriusque conjugis consensu solvi possit, denio permisit singulari constitutione, quæ legitur inter *Novellas Justinianas Nov. CXL.* Falluntur itaque

de ibidem, justas quoque divertii causas, ob quas coniugi a conjugi etiam invito recedere antea licebat, ad minorem reducit numerum, marito nonnisi ob sex causas uxorem repudiare, uxori tantum ex quinque viro suo numerum mittere permittens. Præterea IMP. in hac Novella, non solum causas, ob quas citra pœnam conjux coniugi repudium mittere possit, denuo definit ac determinat; verum etiam omnibus, absque legitima causa divertentibus, libertatem aliud matrimonium contrahendi simpliciter admittit s). Inter eas autem causas, ob quas per Nov. XXII & Nov. CXVII. uxori licet a marito impune divertere, refert IMP. hujus quoque impotentiam t): hoc enim casu, si maritus uxori per triennium cohabitare non potuerit, huic ab illo etiam invito discedere permittit, verum ita, ut dotem allatum recipiat, non etiam donationem propter nuptias lucretur, quæ penes maritum impotentem manere debet, *nullo quippe ex hac causa damno afficiendum*, ut ait IMP. Quo loco adeo quæstio moveri potest, utrum ex mente Justinian*ni*

illi, qui Novellam hancce Justiniani putant; uti GOTHOFREDUS in Not. ad hanc Nov. AUG. LUD. SCHOTTIUS in Einl. in das Ehrerecht, supr. cit. p. 17. not. \*. & p. 506. not. \*\*\*. aliique. Cf. JOH. FRID. HOMBERGK ZU VACH ad Nov. CXL.

s) In Nov. CXVII. cap. 13. jubet Imp. uxorem, quæ absque justa causa a viro suo diverterit, non solum confuetis pœnis subjici, verum etiam monasterio ad dies vita includi. Quam dispositionem ipse deinde quoque ad maritum, fine causa uxorem suam repudiante, extendit in Nov. CXXVII. cap. ult. & Nov. CXXXIV. cap. II.

t) ὅταν τις αὐχεῖσθαι εἴη συνέπεια τῇ γυναικὶ, καὶ τὰ παρὰ τῆς φύσεως αὐχεῖσθαι διδομένη πρατίσσιν.

nī maritus eodem jure gaudere debeat, quoad uxorem, quam sterilem esse putat? distinguendo rem componi posse arbitror. Si uxor ex eo sterilis est, quod ad ipsam copulam inhabilis sit, poterit utique maritus eam etiam invitam repudiare, ut tamen hoc casu ex neutra parte pœnæ modo dictæ locum inveniant. Si vero ad copulam habilis sit uxor, ob solam sterilitatem potest quidem maritus eam a se dimittere, si nimirum illa in dissolutionem matrimonii consentiat; invitam vero repudiare nequit: alias enim non solum dotem restituere, verum etiam donationem propter nuptias ei præstare tenebitur, haud secus ac si eam absque justa causa repudiasset. Excepit quidem IMP. Justinianus in *L. 11. Cod. de Repud.* nec non in *Nov. XXII. c. 16.* casum, quo uxor sua ope suaque industria, odio mariti ejusque seminis abortum fecerit, atque ita in effectu saltem sterilitatem sibi dolo malo procuraverit; qualem uxorem marito utique permisit domo ac matrimonio expellere *u).* Verum hanc divortii causam ipse deinde in *Nov. CXVII cap. 8.* cum aliis rursus expunxisse ac tacite saltem sustulisse videtur *x).* Hæc de Jure Romano, progredior ad *Jus Canonicum.*

*n)* Quæ quaestio apud Romanos omnino moveri poterat, quoniam abactio-  
nis partus & procuratæ sterilitatis pœna tantum erat exsilium tempo-  
rarium, uti patet ex *L. 4. ff. de Extraord. Crim.* *L. 8. ff. ad L. Cornel.*  
*de Sicar.* nisi inde mulier aut homo perierit, quo casu ultimum suppli-  
cium dictabatur per *L. 38. §. 5. & L. 39. ff. de penis.*

*x)* In Oriente tamen LEO IMP. candem rursus in usum revocavit, justis-  
que divortii causis annumerari jussit, ut docet Ejus *Novella XXXI.*

## §. XIV.

## JURE CANONICO

Jus Canonicum, uti notum, matrimonium non solum pro contractu civili, verum etiam ob divinam ejus institutionem, pro sacramento novi foederis habet y). Ex eodem fundamento illud porro statuit, quodvis matrimonium inter fideles valide contractum, sive, ut Jus Canonicum, loquitur, ratum atque copula carnali consummatum, quoad vinculum esse indissolubile, atque utroque conjugi superflite nunquam ita solvi posse, ut conjuges ad alias nuptias transire possent z). Quin autem matrimonium cum

y) Cap. 7. X. de Divort. Cap. 9. X. de Hæret. Concil. Trid. Sess. XXIV.  
de Sacram. Matrim. c. I.

z) C. ult. Ca. XXXII. qn. 7. Cap. 7. X. de Divort. Cap. 14. X. de Conver. conjugat. & passim. GRATIANUS ad C. 17. Ca. XXVIII. qn. I.  
matrimonium tripliciter distinguit in legitimum & non ratum, in ratum & non legitimum, & in legitimum & ratum simul. Istud secundum Leges tantum Civiles, illud juxta præcepta tantum Ecclesiastica contractum, hoc utroque Jure tam Civili quam Canonico validum est. Si matrimonium tantum est ratum, potest unus conjux, altero etiam invito, monasterium ingredi, ibique vitam profiteri religiosam; quo facto conjux in sacerculo remanens, ad alias nuptias transire potest; Cap. 2. X. de Conver. conjugat. Secus vero si matrimonium copula carnali consummatum; tunc enim indissolubilitas vinculi conjugalis censetur esse contracta & quidem in tantum, ut nequidem professione vita religiosa tollatur; dummodo matrimonium fuerit quoque ratum. Unde si ex duobus conjugibus infidelibus alter ad fidem Christianam convertatur, pars conversa autem sine metu apostolæ, infidelis cohabitare amplius nequeat, poterit hæc, etiam si matrimonium fuisse consummatum, alias nuptias contrahere, quoniam, ut ait INNOCENTIUS III. in cap. 7. X. de Divort. et si matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum; in-

muliere sterili contractum, etiam consummari possit, dubium esse nequit, cum, uti superius jam monitum fuit, hic de iis foeminae fermo sit, quae proprie steriles dicuntur, & ob hunc defectum ad copulam inepta aut inhabiles non redunduntur. Adeoque illud tantum hoc loco queritur, utrum si quis mulierem sterilem in uxorem acceperit, tale matrimonium Jure Canonico sit ratum, five ipso Jure Ecclesiastico validum, an vero sterilitas hoc jure justa sit divortii causa a)? Duo autem hic casus sunt distinguendi. Aut enim foemina jam eo tempore, quo matrimonium init, sterilis fuit; aut sterilitas demum post contractum matrimonium ei supervenit. In posteriori casu, cum Jure Canonico nequidem impotentia ad copulam, marito, post nuptias contractas, superveniens, conjugium dirimat b); multo minus eodem hoc jure sola sterilitas, quam uxor antea foecunda, ex post facto contraxit, sufficit ad matrimonium

---

ter fideles autem verum & ratum existit: quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii sacramentum, ut ipsum in conjugibus illo durante perdatur. Contrariam tamen sententiam fovit Curia Suprema Parisina, in causa Borach Levi Iudei contra Mendel-Cerf ejus uxorem; dum scilicet A. 1752 marito ad fidem Catholicam converso, libertatem aliud matrimonium contrahendi denegavit, uxore licet ejus in Judaismo persistente atque in divortium consentiente; ut pluribus docet LE CODE MATRIMONIAL Part. III. v. *Dissolution du mariage* pag. 450. & seqq. Quae sententia etiam in ipsa Germania hodie defensores invenit, uti docent *Dissertatt. KLUPFELII & SCHLOSSERI* a Conf. SCHOTTIO d. l. citatae pag. 511.

a) Nimirum in sensu improppio, quo Jus Canonicum saepius divortium sumit, etiam pro matrimonio de facto tantum contracto, quod vero sententia Judicis, ob impedimentum dirimens, nullum declaratur.

b) C. 25. Ca. XXXIX. qu. 7.

dissolvendum, quippe quæ ipsam minime impedit, marito suo debitum præstare conjugale c). Sed nec in priori casu, ubi causa sterilitatis matrimonium jam præcessit, jure Canonico, illa justam præbet divortii causam, nec impedimentum matrimonii, uti vocatur, dirimens constituit. Plura quidem Jus illud Pontificium admittit impedimenta, uti notum est, dirimentia, sive justas causas, ob quas matrimonium de facto contractum, non tam dissolvitur, quam potius irritum, invalidum, ac ipso jure nullum declaratur: nusquam vero iisdem solam uxoris sterilitatem accenset; imo plane disertos nobis exhibet textus, contrariam sententiam stabilientes, quibus maritus prohibetur, uxorem etiam ob perpetuam, manifestam ac probatam sterilitatem, & sic multo magis, ob defectum fœconditatis dubium ac incertum repudiare, aliamque ducere. Pertinet huc imprimis e. 27. Ca. XXXII. q. 7. cuius verba hæc sunt: *Tantum valet illud sociale vinculum conjugum, ut, cum causa procreandi colligetur, nec ipsa causa procreandi solvatur. Poffet enim homo dimittere sterilem uxorem & aliam ducere, de qua filios habeat & tamen non licet . . . Manet vinculum nuptiarum et si proles, cuius causa initum est, manifesta sterilitate non subsequatur: ita ut jam scientibus conjugibus, non se filios habitueros, separare se tamen vel ipsa causa filiorum, atque alius copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis, qui bus se copulaverint, adulterium committunt, ipsi autem*

c) C. 18. Ca. XXXII. qu. 5.

*conjuges manent d).* Unde & hanc sententiam plerique Juris Canonici interpretes tueruntur eamque pluribus argumentis defendunt e), imprimis, quod Ecclesia non soleat ob solam sterilitatem matrimonium dissolvere; quod matrimonium cum uxore sterili consummatum verum sit matrimonium adeoque indissolubile; quod sterilitas plerumque sit dubia, incerta, saepius faltem temporaria, cum experientia haud raro doceat, mulieres ab initio steriles, progressu temporis admodum fœcundas fuisse atque numerosam sobolem edidisse f). Hæc de sterilitate casuali. Quid

- d) Desumus est hic locus ex AUGUSTINI libro de bono conjugali cap. 7. & 15. Addi possunt duo alia loca ejusdem Præfulis Hippomensis; unus ex eodem libro de bono conjugali cap. 18. & alter ex libro I. de Nuptiis cap. 10. In illo ait: *In nostrorum quippe nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quam fecunditas uteri.* In hoc sequentia leguntur: *Hujus sacramenti tanta observatio est, ut cum filiorum procreandorum causa nubant feminæ, vel ducantur uxores, nec sterilem conjugem fas sit relinquere, ut alia fecunda ducatur.*
- e) Si enim dantur, qui ab adversa stant parte, id inde factum videtur, quod nonnullos Juris Canonici textus invenerint, in quibus, ex eorum sententia, fobolis procreatio pro principali fine matrimonii habetur ac fine ea conjugium pro nullo declaratur: uti est C. 41. Ca. XXVII. qu. 1. & C. 1. Ca. XXXII. qu. 2. Si autem horum textuum sensum curatus eruerit quis tentaverit, facile perspiciet, in iis de voluntate ac intentione liberos procreandi solum sermonem esse, quæ absolute requiritur, nimis in tantum, ne quis progeniem deliberato animo vitet, ut illud apertissime constat ex C. 6. Ca. XXXII. qu. 2. Si itaque hunc canonem conjungimus cum præcedentibus, appareat, Jus quoque Canonicum fobolis procreationem, non omnino pro fine conjugii primario habere, dum statuit legitimum adesse posse matrimonium inter personas absque proposito liberos procreandi conjugalem societatem ineuntes: quod pluribus jam ostendere studuit HOMMELIUS in Diff. de matrimon. *Sine proposto liberos procreandi legitimo.* Lips. 1764.
- f) Conf. ut vel aliquos nominem, TH. SANCHEZIUS de Sancto Matrim.

autem Jus Canonicum de procurata ac dolosa sterilitate statuat, optime ex ipsius verbis, quæ leguntur in c. 7. Ca. 32. q. 2. g) apparet, quæ hæc sunt: *Aliquando eosque pervenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret: & si nihil valuerint, conceptos fetus aliquo modo intra viscera extinguat ac fundat, volendo suam prolem prius interire quam vivere, aut si in utero jam vivebat, occidi antequam nascatur.* Prorsus, si ambo tales sunt, conjuges non sunt: *& si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius convenerunt.* Si autem non ambo sunt tales, audeo dicere, aut illa est quodammodo meretrix mariti, aut ille adulter uxoris.

### §. XV.

#### PRAXIS CATHOLICORUM AC SPECIATIM GALLIÆ.

Juris Canonici doctrinam modo expositam, apud Romanæ Ecclesiæ affectas, principem atque præcipuum, juris matrimonialis hodieque constituere fontem, & iis notum, qui primas ejus lineas didicerunt: adeoque cum illa ob

---

monii Sacramento Lib. VII. Disp. 92. n. 25. & 26. GONZALEZ TELLEZ ad cap. 5. X. de frigid. & malef. ubi maritos, uxori infæcundæ junctos, agricolis æquiparat, quorum in potestate non semper est, ut fundi diligenterne licet. consit, fructus ferant. Add. P. JOA. KUGLER de Matrimonio Qu. LXVI. n. 2036. sqq. ubi quoque ad argumenta contraria sententia fusius respondeatur.

g) Sistit hic Canon excerptum ex AUGUSTINI, de Nuptiis & Concupiscentia Libro I. c. 15.

solam sterilitatem uxoris divortium nunquam permittat, in foro Catholicorum, sive Ecclesiastico sive Sæculari, matrimonium valide alias contractum, ex hoc capite dissolvi nec potest, nec solet: præcipue cum ipsi Principes Catholicæ, huic Juris Canonici dispositioni, suis constitutionibus, in quantum quidem mihi constat, nusquam derogarunt. Quantacunque enim apud Catholicos, Juris Canonici sit auctoritas; minime tamen dubium esse poterit, quin Princeps huius doctrinæ addictus, Jura ac Leges, uti de aliis causis Ecclesiasticis, ita quoque de causis matrimonialibus condere, ac in iis condendis etiam a Juris Canonici placitis nonnunquam recedere possit, si falsus Reipublicæ id exposcat; adeoque & impedimenta constituere matrimonium dirimentia, quæ Jus Canonicum ignorat, aut plane improbat. Quam sententiam, in sanis quippe de juribus summi Imperantis, notionibus fundatam, etiam ratione Galliæ, non solum senior pars Interpretum juris Canonici, verum etiam suprema Regni tribunalia tuentur h). Verum

- 
- b) De iustis utrinque potestatis, ecclesiastice ac civilis, limitibus, statuendi præcipue impedimenta matrimonium dirimentia, præsertim in Gallia hoc atque Superiori Sæculo valde disputatum fuit, pluribusque scriptoribus certatum, quarum præcipuas indicat ac recenset LE CODE MATRIMONIAL P. III. v. Souverain l. T. II. pag. 905. seqq. Omnium optime totam hancce controversiam, uti mihi quidem videtur, exposuit atque dilucidavit Perillustris Regni Galliæ quondam CANCELLARIUS DR. DE PONTCHARTRAIN in Epistola ad Primum Praesidem Parlamenti Vesontini, d. 3. Sept. 1712, data; quam sifit idem CODE MATRIMONIAL P. II. p. 192. nec non LE RECUEIL D'ORD. D'ALS. ad d. A. Tom. I. pag. 409. seqq. Ed. Nov. ubi ita ait: *Comme le mariage est en même tems un Contrat Civil & un Sacrement, il est également soumis*

enimvero, quamvis hodie passim Principes etiam Catholici, fœcunditatem matrimoniorum, in republica, quam maxi-  
me

aux deux puissances même par rapport à la validité du lien, le Contract dépend absolument de la puissance séculière, le Sacrement dépend uniquement de la puissance ecclésiastique, & comme il n'y a pas de mariage valable parmi nous, s'il n'est élevé à la dignité de Sacrement, & que reciprocquement il n'y a pas de Sacrement où il n'y a pas de Contract & de consentement légitime; il est évident, que l'Eglise & l'Etat exercent également leur autorité sur le mariage, considéré en même tems comme Contract & comme Sacrement. Le pouvoir du Prince est direct sur le Contract & indirect sur l'administration du Sacrement; direct sur le Contract, parceque le Prince seul peut en régler la nature & les conditions; indirect sur l'administration du Sacrement, parceque le Contract étant la matière du Sacrement, si le Contract est nul, le Sacrement n'a plus de matière à laquelle on puisse l'appliquer. Le pouvoir de l'Eglise au contraire est de sa nature uniquement renfermé dans ce qui regarde le Sacrement, mais les Princes Chrétiens ne souffrant pas, comme j'ai déjà dit, que leurs sujets Catholiques contractent aucun mariage, qui ne soit revetu de la dignité du Sacrement, il s'en suit delà, que de même, que la nullité du Contract empêche, que le Sacrement ne soit conséré, ainsi le défaut des conditions prescrites par l'Eglise pour recevoir le Sacrement, empêche que le Contract ne soit accompli, & c'est en ce seul sens, que peut être tolérée l'opinion de ceux, qui attribuent à l'Eglise un pouvoir indirect sur le Contract. Je ne crois pas qu'il soit nécessaire d'observer ici, que par le terme de Contract je n'entends pas parler des Conventions matrimoniales qui ne regardent, que les biens, la Dot, le Douaire, la Communauté, les Donations à cause de Nôtre-Dame, &c. j'entend ici sous le nom de Contract le consentement reciproque, la foi mutuelle des parties, en un mot ce qui forme entre elles un lien & un engagement indissoluble. Ce sont les principes reçus en France, par ceux mêmes qui ont écrit avec le plus de modération sur ces matières, & qui ont témoigné plus de respect & de déférence pour la Jurisdiction ecclésiastique. C'est sur ces Principes qu'est fondée la Doctrine constante de tous les Parlements du Royaume, que le Prince a droit d'établir des empêchemens de Mariage non seulement prohibitifs, comme parlent les Canonistes, mais même dirimans. Conf. HERICOURT Loix Ecclés. de France, P. III. Chap. V. art. 2. n. 3.

me promovere, hancque numerosa civium sobole augere ac replere studeant; nulla tamen datur regio, sacris Ecclesiæ Romanæ addicta, cuius Summus imperans, sola πολυπασχία ratione ductus, lege quadam, fœminarum sterilitatem, nequidem eam, quæ manifesta ac perpetua videri posset, justis divertii causis accensendam esse statuat: quod ipsum quoque in specie de Galliæ Regno dicendum. Præterea Tribunalia Galliæ etiam Suprema, dissolutionem vinculi matrimonialis subinde quidem decernunt ob impotentiam ad copulam, sive illa ex parte mariti, sive ex parte uxoris deprehendatur *i)*, ut Arrestorum compilatores ab unde testantur *k)*; nunquam vero ob solam sterilitatem uxoris, si illa alias ad copulam habilis sit, divertium admittunt. Egregie itaque fallitur REN. CHOPPINUS *l)*, putans olim faltem, generali Galliæ consuetudine licuisse uxorem sterilem dimittere; neque etiam argumenta, quibus utitur, hancce consuetudinem probant *m)*.

*i)* De causis impotentia vel in marito, vel in uxore, videri possunt præter alios HERICOURT *l. c. n. 58. seqq.* & FERRIERE *Dict. v. Impuissance*; ubi de impotentia uxoris ait, eam esse admodum raram: *aussi voit-on peu de procès, qui soient intentés pour raison de l'impuissance, qui vient de la part de la femme.*

*k)* Vid. LE CODE MATRIMONIAL *P. III. v. Impuissance*, & le REPERTOIRE UNIVERSEL *ead. voc.*

*l)* De Sacra Politia Forensi, *Lib. II. tit. 7.* cuius fide quoque deceptus fuisse videtur BOEHMERUS in *J. E. P. Lib. IV. tit. 15. §. 13. & 14.*

*m)* Provocat nempe CHOPPINUS *l. c. ad Cap. 2. X. de frigid.* & malef. sive potius ad Epistolam ALEXANDRI III. S. P. datam ad Episcopum Ambensem, cuius verba tantum postrema leguntur in *d. cap. 2.* quam vero integrum exhibet GONZALEZ TELLEZ in sua Decretalium edi-

## §. XVI.

## PRAXIS PROTESTANTIUM

Qui Protestantium sequuntur sacra, illi quoque divinam matrimonii institutionem, ejusque naturam ex voluntate faltem Creatoris perpetuam ac indissolubilem ob sacram paginarum auctoritatem in regula non minus ac Catholici, agnoscent: quasdam tamen justas divorthii causas, tanquam exceptiones a regula, admittunt; in quibus vero definiendis ac determinandis diversas plane abeunt in partes n). Sunt qui unicam tantum statuunt causam, propter

---

tionem, nec non JUST. HENNING. BOEHMERUS in sua *Corporis Juris Canonici* editione. Nimirum CHOPPINUS originem hujus juris in Gallia obtinentis derivare vult ex CAPITULARIE REGUM FRANCORUM Lib. VI. cap. 55. & 91. qua duo loca GRATIANUS quoque Decreto inseruit c. 29. Ca. XXVII. qu. 2. & c. I. Ca. XXXIII. qu. I. Verum in omnibus hisce locis, ut vel ex sola eorum inspectione appareat ac jam optime monuit III. BOEHMERUS ad tit. X. de frigid. & malef. §. 13. non agitur de uxore sterili, sed de marito impotente, id est frigiditate quadam naturali ad copulam conjugalem inhabili; ob quam ALEXANDER III. divorcium permittit, s, ut ait, generalis Ecclesiae Gallicane consuetudo habet, ut hujusmodi matrimonium dissolvatur. Illud tamen omnino singulare est, quod S. Pontifex, hoc loco, consuetudinem istam Galliae supponat esse contrariam consuetudini Ecclesiae Romanae, qux, ut ait, non solet propter naturalem frigiditatem legitime coniugios dividere; utique non propter impotentiam matrimonio jam contracto demum supervenientem, verum ob impotentiam matrimonium antecedentem, & a parte potente ignoratam, ut docent interpres ad cap. 4. X. de frigid. & malef. & supra jam §. XIV. notatum fuit.

2) Ut pluribus docent scripta critica de causis divorthiorum inter Protestantes hoc potissimum Sæculo edita & collecta sub titulo: *Controversiae circa Jura divorthiorum editis opusculis agitatae*. Hale 1737. Ed. 3ta. Plures quoque auctores præcipue recentiores de hac quæstione sollicitos re-

quam fœdus conjugale jure rumpi possit, scilicet *adulterium*, ob rationem singularem huic delicto propriam, quod nimis per adulterium tollatur unitas carnis, quæ inter conjuges obtinere debet ac essentiam matrimonii constituit: unde & Salvator noster, ut hujus sententiae patroni existimant, hanc solam divortii causam admisisse videtur Matth. XIX, 9. verbis ἐμὲ ἐπὶ πορνείᾳ. Alii secundam addunt *desertionem malitiosam*, ob locum D. PAULI I. ad Corinth. VII, 15. Præter haec vero duas causas in Sacra Scriptura, ut ajunt, manifesto fundatas, nullam aliam admittunt: & hæc posterior sententia, quoque in foris Protestantium fere ubivis recepta est o). Nec tamen defunt DD. qui præter adulterium & malitiosam desertionem, alias justas dari posse divortii causas statuunt, tales nimis, quæ vel rationem adulterii habent, aut plane adulterio sunt graviores, idque ob verba Salvatoris: παρεκτός λογισ πορνείας, uti apud Matth. V, 32. leguntur, vel etiam, quæ desertioni malitiosæ non possunt non æquiparari. Ita a multis DD. justis divortii causis accensentur, *infideliæ vitæ a conjugi struetæ p), præfraæta ac pertinax debiti*

---

censet Vir Conf. A. L. SCHOTTIUS, l.c. P. III. Cap. I. §. 215. seqq. & passim.

- o) Ut docent CARPOZOVUS *Jurispr. Confessor. Lib. II. Tit. XI. Def. 189.*  
 & 192. STRYKIUS U. M. P. tit. de *Divortiis* §. 8. LAUTERBACHIUS,  
*Colleg. Pand. eod. tit. §. 14. seqq.* Excipi tamen debet Alfatia, ubi Con-  
 fistorii Protestantium non licet matrimonium, sive ex capite adulterii  
 sive desertionis malitiosæ, quoad vinculum dissolvere. Vid. ARRET por-  
 tant défense aux Confiseurs Luthériens de disjouer le lien du Mariage du  
 27. Juin 1722. REC. d'ORD. D'ALS. T. I. p. 570.
- p) Quas justam divortio causam præbere pluribus argumentis probare at-

*conjugalis denegatio, affidua ac dolosa abortus procuratio, alterutrius conjugis ob delictum admissum ad perpetuum carcerem aut ergastulum condemnatio q).* Quod ad sterilitatem attinet, illa quoque ex nonnullorum sententia justam constituit divortii causam, sed tunc demum, si perpetua sit, atque dolo malo uxoris sibi ipfi procurata r), non vero si uxor ex solo vitio naturali sterilitate etiam perpetua laborat s). Rationes, ob quas in hoc posteriori casu

contra dissentientes eorumque objectiones defendere studuit, imprimis STRYKIUS tum in U. M. P. tit. de Divort. §. 9. & seqq. tum etiam in peculiari dissertatione de Divortio totali ob insidias vite strucelas. Hale 1702. & quæ legitur Vol. VIII. n. 34. *Dissert. Strykianarum.*

- q) Conf. BOEHMERUS tit. *Decretal. de Divertiis* §. 31. seqq. & SCHOTTIUS l. c. §. 222. Alias nonnullas adjicit JOH. FRID. KAYSERUS in *Dissert. de Jure Principis Evangelici circa divortia*. Hale 1715. cui G. L. MENKENIUS opposuit *Sanam de Jure Principis Evangelici circa divortia doctrinam*. Vitenb. 1719. contra MENKENIUM vero suam sententiam denuo defendere studuit KAYSERUS in *Fundamentis Doctrinae de Divortiis*; quæ singula scripta cum aliis exhibentur in *Collectione paulo ante laudata*.
- r) BOEHMERUS l. c. §. 34. & ab eo allegati Auctores. NEMESTIS quidem CAROLINA, Art. 133. in fœminas hujus criminis reas, pœnam dictat capitalem, adeo ut hæc quæstio supervacanea videri posset: verum, quum in praxi illa dispositio non obtineat, ut pluribus ostendit JOH. SAM. FRID. DE BOEHMER in *Medit. ad Constat. Criminal. Carol. art. cit. §. XI. sq.* hinc quæstio de divortio ex hac causa decernendo omnino hodie moveri posset. Ceterum controversas istius Art. 133. interpretationes, BOEHMERI, BERRECHII, KRESSII & BEYERI aliorumque, eruditæ ac eleganter sunt & exponit, amicus æstunatissimus, CONS. JOH. FRANC. EHRMANN, in *Diss. Inang. de Veneficio Culpoſo*, Arg. 1782. Cap. I. de Poculo abortuſ & Cap. II. de Poculo sterilitatis.
- s) MYLERUS AB EHRENBACH, in *Gamolog. Princip. cap. IV. §. 8. seq.* CAEPZOVIVS *Jurispr. Consist. Lib. II. Def. 200.* BOEHMERUS tit. X.

etiam apud Protestantes matrimonium dissolvi nequit, ita sifit BOEHMERUS l. c. 1) quod cohabitatio conjugalis huic confortio non desit, licet effectu desituatur: 2) quod absolta sterilitas vix probari possit, & ita haud constet, annon uxor fœcunda reddi atque sterilitas tractu temporis corrigi queat: 3) quod in dubio pro validitate matrimonii pronunciandum: 4) quod Ecclesiae Christianæ hanc nullitatis causam reprobaverint: denique 5) quod uno ore fateamur, ad beneficium divinum liberos pertinere, quorum intuitu quidem conjugium contrahitur, sed ipsum beneficium a Deo expectandum est.

*de frigid. & malef. §. 14.* Solum inveni KAYSERUM, qui in *Dissert.* priore supra cit. Cap. III. §. 27. naturalem uxoris sterilitatem pro justa divorții causa habet, si sit incurabilis & legitime probata: verum is sententiam suam adeo ancipiti sermone proponit, ut sibi ipsi hac in re non omnino constare videatur. Adponere juvat integra ejus verba d. §. 27. *Cum in marito impotens pro legitima divorții causa reputetur, in uxore quoque sterilitatem ex paritate rationis validam divorțendi causam esse fors non absque ratione defendi poterit, quia utraque finem matrimonii primarium intervertit.* E contrario autem ratione, cum infecunditas uxoris, que alias ad copulam sat est idonea, liquidis criteriis haud facile dignoscere posse, sicut impotens sepe in marito, præterea quoque eam sibi prestare apud conjugem non sit, hinc secundum conjugii naturam regulariter eam solam ad divorțium sufficere, plurimi negant ideo, quod ea maxime si supervenerit, potius tanquam fatalis calamitas patienter sit ferenda. Interim secundum rectam rationem, naturæ contrafluxus matrimonialis adversum prorsus & contrarium haud esse existimo, ob solam sterilitatem uxorem repudiare, si incurabilis ea sit & legitime probata. Unde in civitate Principis Evangelici determinationi hoc merito committitur; cui tamen, ut propter eam solam divorțium suis subditis concedat, consultum non videtur esse; quibus adeo sub fœcundo celo nasci contingit, ut propter defectum liborum, eorum respublica haud facile sint collapsuræ.

## §. XVII.

## EXEMPLA EX HISTORIA PETITA

Quam clara, quam perspicua etiam videri possint ea omnia, quæ tum fana ratione duce, tum Sacrae Scripturæ auctoritate, tum etiam secundum Juris positivi dispositiōnem, imo & ex ipſa praxi tam Catholicorum, quam Protestantium, hucusque dicta fuere, de matrimonio ob famam uxorii sterilitatem inter privatos non dirimendo; gravis tamen admodum quæſtio maximeque ardua hoc loco moveri potest, annon in republica, Ipſe Summus Imperans, cum cuius persona, stirps regia defœctura ſit, propter sterilitatem conjugem repudiare & ejus loco fœcundam in thorūm admittere poffit i). Ubi non diffiteor, pro ſententia affirmativa adferri poſſe argumenta magni ponderis minimeque ſpernenda u). Sententiam tamen negativam adfirmativa eſſe veriorem, fatis, ni fallor, adparet ex rationibus ſupra expositis, quæ non poſſunt non ac debent ad ma-

i) Ita quæſtionem hancce proponit, laudatus KAYSERUS in *Difſ. cit. Cap. III. §. 27.*

ii) Quarum præcipuum quoque exhibet KAYSERUS l. c. ubi ita ait: *Qui adfirmant, pro fundamento afferunt, quod iudicis publica Suprema Lex ſit in civitate, & stirpis regiae extinctio rempublicam intestinis turbis pariter ac exterorum direptionibus expouere poſſit & ſepe quoque ſoleat: hinc rempublicam a fatali conuerſione per repudium infœcunda conjugis liberari volunt.* Adfertur ibidem quoque exemplum ANAXANDRIDIS Regis Lacedæmoniorum, non Alexandridis, uti KAYSERUS habet, qui cum poſtulantibus Ephoris ſterilem uxorem repudiare nollet, eorundem confilio alteram fœcundam ſuperinduxit, referente HERODOTO in *Terpsichore Lib. V. cap. 39. — 42.*

trimonia etiam illustrium personarum, imo Summorum quoque imperantium adplicari x). Quodsi vero gentium annales evolvimus, nihilominus haud pauca in iis deprehendimus exempla Regum ac Principum, qui uxores suas ob præsumptam sterilitatem a se dimiserunt, aut dimittere faltem studuerunt, ita scilicet, ut divortium ex hac causa instituendum intra nudum conatum substiterit, nec ad effectum fuerit perductum. Missis autem nunc iis, quæ antiqui orbis Rectores, apud Græcos, Romanos aliasve gentes respiciunt, divortiorum exemplis, ne justo longior sim, nonnulla tantum eorum Regum ac Principum recensere animus est, qui post destructum in Occidente Romanorum Imperium, sive extra Galliam sive in Gallia regnarunt, quique uxores suas ex causa sterilitatis, vel ejus faltem prætextu repudiarunt aut repudiare tentarunt.

### §. XVIII.

#### EXEMPLA EXTRA GALLIAM

Ad divortia ob uxoris sterilitatem tentata, referri omnino meretur, illud ALPHONSI X. Castellæ & Legionis Sæculo XIII. Regis, qui JACOBI I, Arragoniæ Regis filiæ VIO-LANTÆ matrimonio junctus, eam ob infœcunditatem relinquentam esse censuit. Et jamjam eo usque procefferat Al-

---

x) Ipse KAYSERUS nimis facilis forsan in admittendis divortiis, ac in amplificanda Principis circa divortia potestate, negativam sententiam videtur amplecti, *i. e.* ubi eam non solum idoneis argumentis defendit, verum etiam ad argumentum, pro affirmativa sententia, modo allatum, respondeat.

phonsus, ut aliis sponsalibus cum CHRISTINA ERICI VI. Regis Daniæ filia celebratis, hanc in locum Violantæ substituere atque in uxorem ducere promiserit. Quod vero divertii propositum, non solum gravibus Alphonsum inter & Jacobum ansam præbuit simultatibus, imo & bellis; sed & inopinata Violantæ fœcunditate, dum Christina adhuc in itinere versaretur, patefacta, effectu prorsus caruit y). De THEOBALDO Vasconum Sæc. XIII. Rege MARIANA z) tradit, eum tres habuisse conjuges, quarum primam Lotharingiæ cuiusdam Comitis filiam, GERTRUDEN, ni fallor, dimisit, quod nulos ex ea filios fusciperet, idque jussu Pontificum, id est, Episcoporum factum esse idem MARIANA auctor est l.c. Ita quoque ALPHONSUS III. Sæculo XIII Lusitanorum Rex, divertium, obtentu infœcunditatis ætatis provectioris, cum MATHILDE Bononiensi fecit a)

Ad

---

y) Ut testantur MARIANA, in *Hist. de Rebb. Hisp. Lib. XIII. C. 9.*  
BERNHARDUS GOMESIUS, *de Reb. Franc. Ximen. Lib. XV. p. 515.*  
in BELII SS. Rer. Hisp. Tom. III. Add. IMHOFF *Hist. Hispan. Geneal.*  
*p. 53.* In eodem Castellæ regno, inter HENRICUM IV. Sæc. XIV. Regem ac BLANCAM JOHANNIS II. Arragonia Regis filiam, divertium factum fuisse idem MARIANA, *Lib. XX. C. 15.* refert; cui addi possunt AELIUS ANTON. NEBRISSENSIS RR. Hisp. sub Ferdinand. & Iacobell.  
gestar. ab initio; & FRANC. TARAFFA de Regib. Hisp. pag. 733. Si tamen hæc loca curatius examinantur, non tam ob sterilitatem uxoris,  
quam potius ob impotentiam mariti istud divertium factum fuisse, videtur.

z) *Lib. XIII. Cap. 9.*

a) Ut refert DUARDUS NONIUS *de Vera Regg. Portugal. Geneal.* in HISPAN. ILLUSTR. Tom. II. p. 1258. & sq. & MARIANA, *Lib. XIII. C. 4.* Pontificem autem Romanum, divertium hoc quam maxime im-

pro-

Ad divortia, sed nonnisi tentata, pertinet quoque exemplum CAROLI II. Angliae Regis, cui Proceres nonnulli, cum de ejus prole desperarent, divortium cum CATHARINA Lusitanica suadebant, variisque machinationibus ac artificiis id effici posse coram Rege clamitabant. Et primo quidem impetu Carolum proposito annuentem fuisse, atque in Conventu Communium, questionem, annon legitimo modo a Catharina discedere posset, proponi jamjam jussisse, paulo post vero pœnitentia duciū a proposito rursus refiliisse, BURNETUS auctor est b), e versione gallica ita scribens: *la chose alla si loin, que le jour etoit pris, pour faire la proposition dans la Chambre des Communes; trois jours seulement avant celui-là, le Roi donna un contreordre & dit, que l'expédition ne lui plaisoit pas, & qu'il n'y falloit plus songer:* deinde paucis interjeclis, postquam BURNETUS alios modos imo & infidias ab aulicis propositas, quibus se se a conjugio cum Catharina Carolus liberare posset, retulisset, pergit: *le Roi frappé d'horreur à ces propositions repréSENTA, qu'il seroit infame de rendre une pauvre Dame malheureuse, seulement parcequ'elle étoit sa femme & n'avoit point eu d'ensans, sans qu'il y eut de sa faute.* Carolus itaque matrimonium cum Catharina continuandum censuit, nullisque liberis ex ea suscepitis decepit, succedente in regno fratre ejus Jacobo II.

probasse, & ob contumaciam Regis, Lusitanie regnum per plures annos interdicto subjecisse, item MARIANA, Lib. XIII. C. 12. nos docet.

b) Mém. de la Grande - Bretagne, L. I. p. m. 528.

G

Plura alia, quæ huc referri possent, exempla exotica  
prætermitto, veluti OTTOCARI ac PREMISLAI Bohemiæ Du-  
cum; JOHANNIS BASILIDIS, Russorum Principis; FRIDE-  
RICI BELLICOSI, Ducis Saxoniae; RENATI, Lotharingiæ  
Ducis; VINCENTII II, Ducis Mantuani aliorumque c); at-  
que ad ea propero, quæ Gallorum eorumque Principum  
Annales nobis suppeditant exempla.

## §. XIX.

## EXEMPLA IN GALLIA

In regno Francorum, sub Merovingicæ, imo etiam aliquamdiu sub Carolingicæ stirpis Principibus, laxioribus Romanorum circa divortia moribus cum Codice Theodosiano, uti videtur, in rempublicam jamjam introduc̄tis ac receptis, insignem quoque ac fere illimitatam inter privatos obtinuisse ac viguisse repudiorum licentiam, vel solæ istæ Veterum Formularum collectiones abunde testantur, in quibus quippe quasi de re s̄aepius obvia satisque frequente inter alias formulas quoque exhibentur formulæ libelli repudii, ex quarum præscripto conjuges, ob solam etiam animorum discordiam, conjugale vinculum, suo plane arbitrio ac citra ullam Judicis ejusunque auctoritatem, solvere aliasque nuptias contrahere potuisse adparat d): donec tandem sequiori ætate, Juris Canonici aucto-

c) De quibus fusus agit B. G. STRUVIUS in *Jurispr. Heroica*, Part. IV.  
Cap. II. & III.

d) Pertinet huc imprimis formula libelli repudii, quam habet MARCUL-  
FUS MONACHUS Lib. II. Form. 30. apud BALUZIUM, Capitular.

◎ si ◎

ritate in Gallia magis magisque in dies invalescente, haec divortiorum licentia cohiberi ac valde restringi coepit e). Quis itaque mirabitur, inter ipsos Reges Francorum primae atque etiam secundae stirpis reperiri, qui conjugalia, quibus tenebantur, vincula facillimo modo solverunt, uxoresque suas levissimis ac injustissimis de causis thoro folioque detruerunt? Exempla quædam ex illorum temporum animalibus afferre animus est, & quidem ea præsertim, quæ ad tractationis objectum propius spectant.

## §. XX.

### DAGOBERTI I. REGIS DIVORTIUM DUPLEX

Ita nobis traditur DAGOBERTI I. divortium duplex, qui iteratis vicibus ob sterilitatem uxores dimisit, ut testantur FRAGMENTA de rebus geslis Dagoberti I. f) his verbis: *At Dagobertus in administrando regno præclarus uni vitio sub-*

---

Regg. Francor. Tom. II. p. 423. ad quam vid. TH. BIGNONIUS in notis. Ab hac paululum differt alia, qua inter FORMULAS VETERES SECUNDUM LEGEM ROMANAM, legitur Form. 19. apud eundem BALUZIUM l. c. pag. 479. Unde & HADRIANUS VALESIUS RR. Franc. Lib. XXIII. ad A. 697. ait: *morem fuisse Francis uxores male convenientes bona gratia dimittere, ita ut vir & uxor alterius matrimonii contrahendi haberet potestatem. Multi igitur prætextentes se cum uxoribus concorditer & mutuo amore vivere non posse, invitatis dimittabant, ut alias ducent. Nec reges modo, qui quicquid libuerit licere sibi putant ita faciebant: verum etiam privati, quos uxorum suarum faslibidum ceperat, beneficio legis uterabantur.*

e) Conf. HEINECCIUS in Elem. Jur. Germ. Lib. I. tit. XIV. §. 324. seqq.

f) Apud DUCHESNE SS. RR. Franc. Tom. I. pag. 653. & apud SURIUM in Vit. Sanctor. Tom. III.

*jacuit, immodico deditus amori mulierum. Unde accidit, ut legitima conjugi sua, ob sterilitatem repudiata, alteram sibi copulavit. Cumque id flagitium in eo Pontifices, imprimis autem vir sanctissimus & mirabilium operum paterator Praeful Amandus, reprehenderent; ille indignatione & fastu regio incitatus eundem venerabilem Antifitem, non absque injuria e suo regno ejecit: ac dein paucis interiectis: interea Dagobertus Rex cum non haberet filium, qui ipse in regno succederet, ea causa mærens, tertiam sibi adsevit conjugem. Consentaneus est huic loco, ille ANONYMI cujusdam MONACHI Dagoberto coætanei, in Chronico Cap. XXII. ita scribentis g): cumque Caballorum justitiæ amore, quæ cœperat perficienda, ipsa intentione pergeret; post per Augustodunum Autifidorum pergens; indeque per Civitatem Senonas Parisios venit. Ibique Gomatrudem Reginam Romiliaco villa, eo quod esset sterilis, cum consilio Francorum relinquens, Nanthildem quandam speciosissimi decoris puellam in matrimonium accipiens Reginam sublimavit. Notanda hic præcipue veniunt verba cum consilio Francorum, ex quibus patet, assentatores ac suasores hujus divertii in aula Regia plures exstitisse: episcopos vero regni, factum Dagoberti omnino improbasse, ex loco superius citato sat clare adpareat h). En exemplum stirpis Me-*

g) Apud eundem DUCESNE l. c. p. 579.

b) Ipsissimis hujus Chronicorum verbis idem nobis tradit, FREDEGARIUS in Chronicō Cap. 58. qui tamen deinde Cap. 60. ubi uxores Dagoberti nominat, Gomatrudem plane omittit inter illas, quas, uti dicit, ad instar Reginas habuit Dagobertus.

rovætorum. Memoratur quoque divertium Majoris Domus PIPINI HERISTALLII *i*), qui posthabita WALTRUDE duxit ALHEIDAM, ex qua genuit Carolum Martellum; uti testantur *Annales Fuldenses ad A. 714. k*) & *Continuator FREDEGARII cap. 103. l*) sed non additur divertii hujus causa.

### §. XXI.

#### CAROLI M. DIVORTIUM

Carolidarum in promptu sunt exempla duo, CAROLI MAGNI & LOTHARII II. Regis. Carolum Magnum Imperialis dignitatis in Occidente restauratorem, plures habuisse uxores, notum est. DESIDERATAM autem Longobardorum Regis DESIDERII filiam, sive secundum alios HERMENGARDEN dictam, primam ipsius legitimam fuisse conjugem, matris Berthæ hortatu ductam, unanimis est historicorum istius ævi traditio; quod vero matrimonium felici exitu cœravit. Pontifex enim Romanus STEPHANUS IV. jam ante istarum nuptiarum celebrationem, omni ope enīsus erat, ne fieret tale consortium *nequissimæ adinventionis*, uti illud vocat in Epistola ad Carolum *m*); in qua præterea eidem, monitoriis hisce litteris non obtemperaturo, anathema minatur. Et Carolus monitiones hisce ab initio spernens, matrimonium quidem cum Desiderata contraxit ac consumma-

*i*) Non PIPINI BREVIS, ut STRUVIUS in *Jurisprud. Heroica*, Part. IV. C. 2. §. 24. putat.

*k*) Apud DUCHESNE Tom. II. p. 531.

*l*) Apud DUCHESNE Tom. I. p. 542.

*m*) Apud DUCHESNE Tom. III. p. 761. Epist. 41.

vit n); sed brevi tempore elapo illud iterum diremit. Causam divortii ignorasse se dicit, vel potius simulat EGINHARDUS in *Vita Caroli M.* cap. 18. fecutus forsan hac in re prudentiae civilis regulas, dum veras allegare causas non audebat, falsas adducere nolens. MONACHUS vero S. GALLI o), ideo illud divortium factum fuisse ait, quod *Desiderata clinica* i. e. morbosfa fuerit & ad *propagandam problem inhabilis*. Divortium autem hoc tacito faltem Romanæ sedis consensu factum fuisse, non tam ex verbis SANGALENSIS, *judicio sanctissimorum sacerdotum*, quam ex eo adparet, quod ante contractum matrimonium, ut paulo ante vidimus, S. P. ejus diffusor extiterit, ac postea ex HILDEGARDE, quam Desiderata in thoro substituit Carolus, natos, ipse P. R. baptizaverit, & sic pro legitimis liberis agnoverit p).

### §. XXII.

#### LOTHARII REGIS DIVORTIUM

Sic quoque LOTHARII II. Lotharingiae Regis q) cum THEUTBERGA BOSONIS filia r), factum divortium multis &

n) ANNAL. FRANC. ad A. 770. apud DUCHESNE Tom. II. pag. 4. & 8.

o) Lib. II. n. 26. apud DUCHESNE Tom. II. p. 132.

p) v. *Vita Caroli M.* INCERTI AUCTORIS apud DUCHESNE Tom. II. pag. 53.

q) Qui adeo in ipsa quidem Gallia, non regnavit; cum tamen, is quoque ex Carolingorum prosapia sit oriundus, ejusdem, cum Theutberga in Gallia quippe nata, divortium, hoc loco commemorandum putavi.

r) Vid. REGINO ad A. 856. & CHRON. SAXON. ad e. a.

longis ansam præbuit disceptationibus. Repudium hoc meditans Lotharius, amore Waltradæ captus, diversorum criminum ream, Theutbergam accusavit s). Causa hac primum coram Archiepiscopis & Episcopis Regni diversis in Conventibus ventilata, eorum Decretis, Theutberga tandem a legitimo dejecta est thoro, etiam ex sententia Patrum in *Concilio Aquisgranensi III.* lata t). Duplex impensis divortio causa prætendebatur, primo incestus ac nefandæ veneris crimen, quod, uti ferebant, Theutberga ipsa confessa esset; secundo matrimonium a Lothario jam prius cum Waltrade contractum u). Causa vero ad S. P. NICOLAUM I. delata partibusque Romam citatis, P. R. non solum autores hujus sententiæ dignitatibus privavit Ecclesiasticis x), sed & ipsum Lotharium maximis minis, imo tandem excommunicationis poena adigere voluit, ut Theutbergam reciperet in conjugem: uti testantur EPISTOLE, quas ad Lotharium misit NICOLAUS y). Inter epistolas hasce a S. P. hac de causa conscriptas, notanda præcipue est undecima, continens responsionem Nicolai ad libellum sup-

s) HINCMARUS, in *Epistol. ad Reges & Episcop. Christ. de divortio Lo-*  
*thar. & Theutb. Tom. I. Opp. p. 568.*

t) HINCMARUS, l. c. p. 574. & seq. & sententia Patrum, apud LAB-

BEUM Concil. Tom. VIII. p. 741. & apud SIRMONDUM Concil. Gall.

Tom. III. pag. 191. Can. 10. Concil. Aquisgranens. III.

u) HINCMARUS l. c. pag. 575. & ADVENTIUS METENSIS in *Sua Relatione*  
apud BROWERUM Annal. Trevirens. Lib. VIII.

x) HERMANNUS CONTRACTUS, *Chron. ad A. 863. SIGEBERT. GEM-*  
*BLACENS. ad. e. a.*

y) Apud DUCHESNE Tom. III. in fin.

plicem Theutbergæ, quo ipsa tandem, infidias vitæ metuens, diversis ex rationibus, inter quas *sterilitatem* quoque ipsa allegabat, dissolutionem matrimonii a S.P. flagitat; ad quæ vero Nicolaus ita respondet: *quod autem sterilis, ut adseris, permanere dignosceris, non hæc corporis infæcunditas, sed viri facit iniqüitas.* HADRIANUS II. quoque Nicolai in dignitate Pontificali successor matrimonium Lotharii cum Theutberga redintegrare tentavit, nec unquam illud cum Waltrade contractum pro legitimō agnoscit<sup>z).</sup> Substitit itaque istud conjugium de facto licet diremptum, ex sententia SS. PP. Nec etiam Lothario successit filius ejus Hugo ex Waltrade genitus, licet nullos ex Theutberga reliquerit filios; ejusque regnum, eo mortuo, inter patruos fuit divisum.

### §. XXIII.

#### LUDOVICI XII. GALLIÆ REGIS DIVORTIUM.

Ex Capetingorum stirpe, celebre quoque est LUDOVICI XII. Galliæ Regis divorcium, cum JOHANNA Ludovici XI filia. Quod autem ad ejus causas attinet, probe distinguedæ fuit illæ a Rege allegatae, ab iis, ob quas Pontifex Romanus divorcio huic consensum præbuit. *Confanguinitatem, cognationem spiritualem, metum, corporis vitium, quo Johanna ad conjugale debitum ac consummandum matrimonium inhabilis sit,* sive rationes, quas Ludovicus in ambienda,

---

<sup>z)</sup> Epist. HADRIANI apud DUCHESNE, Tom. III. p. 854.

ambienda, apud S. P. matrimonii dissolutione, allegavit, plures scriptores docent a). Eorum tamen nonnulli b) duas præterea addunt causas, aliam privatam, aliam publicam; nimirum amorem Ludovici erga ANNAM BRITANNICAM, & metum, ne Britannia minor iterum Gallico eriperetur sceptrō c). Lite hac ad Pontificem Romanum delata, ejus cognitio ac decisio ab ALEXANDRO VI. per rescriptum d), spectabili confessui Prælatorum in Gallia est commissa. Verba Bullæ Papalis, quæ nobis hic potissimum notanda, illæ sunt, quibus Pontifex Romanus judicibus delegatis injungit, *quod si Johanna liberos parere nequeat, & Ludovicus per tempus a jure statutum ei cohabitaverit, operam dando consummationi matrimonii; ut hoc vel alio impedimento probato matrimonium pro nullo declaretur.* Citatis itaque hunc in finem ad Turonensem Civitatem, partibus, lite utrinque contestata, ac rejectis, uti videtur iis, quæ Johanna ad sui defensionem allegarat e), sententia definitiva matrimonium hocce pro nullo est declaratum, *causis,*

a) Imprimis JEAN DE ST. GELAIS, *Hist. de Louis XII.* p. 34. & seqq.  
& pag. 135. & seqq. & CLAUDE DE SEYSEL, *Hist. de Louis XII.*  
p. 63. 84. & sq. duo Scriptores coevi a THEODORO GODOFREDO  
editi: quibus addendi, FERRON continuator PAULI AEMILII in *Lu-  
dov. XII. ab initio.* ROBERT GAGUIN, in *Ludov. XII. Lib. II. C. 2.*  
BEAUCAIRES, *Lib. VIII. Commentar. RR. Gall.* LOBINEAU *Hist. de  
Brétagne, Tom. I. pag. 823.* & dans les preuves pag. 1558. ARGENTRÉ  
*Hist. de Brétagne, Lib. XII. pag. 805.*

b) Nimirum FERRON & BEAUCAIRES *ll. cc.*

c) Cf. VARILLAS, *Hist. de France, Tom. I.* pag. 8.

d) Quod exhibet BOEHMERUS, *l. supr. cit.*

e) LOBINEAU *l. c.*

*mediis ac rationibus in ipso processu declaratis*, uti sunt ipsissima fententiae verba f). Ubi duo notanda, unum quod revera non constet, quibus ex causis hocce divor-  
tium admissum fuerit; alterum quodsi etiam iudices ad omnes ac singulas, tum a Ludovico Rege, tum etiam in Bulla Alexandri allegatas causas simul in judicando atten-  
derint, tamen adhuc dubitari possit, annon hoc matrimonium potius ob defectum consummationis pro nullo decla-  
ratum sit, quam , cum jam esset consummatum, ob solam Johannaæ sterilitatem diremptum fuerit g). Præterea si hi-  
storiam Alexandri VI. ejusque arctissimam cum Ludovico XII. conjunctionem consideramus, plures alias illæ nobis suppeditare possunt rationes, ob quas adeo facilis S. P. in admittendo hoc divorcio fuerit h). Verum quamvis ita soluto priori matrimonio Ludovicus Annam Britannicam duxerit, tamen & hoc ejus matrimonium prole mascula caruit; unde inter reliquos regia stirpis Principes proximus iphi in regno successit Egolismensis Comitis filius Franciscus.

#### §. XXIV.

##### DIVORTIUM HENRICI IV. REGIS GALLIE.

Tandem notissimum est illud HENRICI MAGNI Gallia-  
rum Regis divorcium, qui MARGARETHAM VALESIAM,

f) Quam vide in DUMONT, *Corps dipl.* Tom. III. P. II. pag. 404. in LÉONARD Rec. des Trait. de Paix, Tom. I. pag. 415. & in LOBI-  
NEAU , dans les preuves p. 1559.

g) Unde fallitur utique CHOPPINUS loco superius §. XV. citato, ubi ex divorcio hoc Ludovici XII. probare vult, solam sterilitatem uxoris in Gallia justam divorcio olim præsumisse causam.

h) v. GUICCIARDINUS , Lib. IV. pag. 376.

internecina ista die A. 1572 in uxorem duxerat, quam vero post plures annos, scilicet demum A. 1599, consentientem dimisit i). Probe autem hic rursus distinguendæ sunt rationes, quæ pro admittendo divortio, allegatæ fuerunt, ab iis scilicet, quæ Regi aliud matrimonium contrahere suadebant. Hæ sunt rationes Status, id est tales, quæ ad salutem publicam spectare videbantur; illæ sunt rationes Ecclesiasticae, quæ hocce matrimonium tanquam Cænonibus contrarium condemnare videbantur, & sine quibus ex sententia faltem Juris Canonici, divortio locus esse non potuisset. Rationes Status nobis exhibent SULLY k) & D'AUBIGNÉ l). *La Cour de Parlement*, inquit SULLY, prit lors les affaires du Royaume à cœur, & par une harangue bien prémeditée, que prononça la Guesle procureur général, exhorta le Roi à penser à un mariage, par lequel il put donner à la France un Dauphin & une succession directe, pour éviter les maux, que les collatéraux portent avec Roi m). Ratio hæc ipsi Regi adeo gravis visa est; ut tandem quamvis admodum ægre, in divortium cum Margaretha consenserit n). Caufas

i) SULLY Mém. Tom. II. Liv. XI. ad A. 1599. MATTHIEU Hist. de Henr. IV. Tom. II. Liv. 2. pag. 317. & seqq. THUANUS Lib. CXXXIII. HARDOUIN PÉRÉFIXE Hist. du Roi Henri le grand, Tom. II. pag. 298. & seqq. P. DANIEL Hist. de France, Tom. III. pag. 1853. LES AMOURS DU GRAND ALCANDRE par Mlle de Guise, Paris 1786. in quo posteriori libro, Tom. I. rationes, quæ pro & contra hocce divortium, in Consilio Status, ventilatae fuerunt, fistuntur ac Henrici IV. Editum de hoc repudio habent.

k) l. c. Tom. I. pag. 392.

l) Histoire Univers. Liv. V. ch. 5. pag. 40.

m) Add. PÉRÉFIXE, qui iisdem fere verbis hæc repetit, l. c. p. 302.

n) Ut refert quoque SULLY l. c. Tom. II. pag. 20. & seqq. his verbis:

vero Juris Ecclesiastici, vi quarum S. P. divortio vel potius declarationi nullitatis, locum esse existimavit, optime nobis fistuntur in ipsa Bulla CLEMENTIS VIII o), qua uti juris est in Gallia, judices delegabat, qui hac de causa intra regni limites, cognoscerent. In ea *consanguinitas, metus, cognatio spiritualis ac deficiens consensus* in celebrando matrimonio a Pontifice Romano, tanquam causæ præscribuntur, quibus probatis Judices, matrimonium Henricum inter & Margaretham nullum fuisse, pronunciarent. Ne verbum autem hic de sterilitate Summus Pontifex dicit. Nisi itaque alias ipso causas Jus Canonicum suppeditasset; nec populus voti sui compos factus fuisse, nec Rex legitimo modo, ob solam sterilitatis causam, a priore conjugi recedere potuisset p).

*Je fus chargé de les aller communiquer au Roi (nimirum sponsalia cum Maria Medicæa ineunda) qui ne s'attendit pas à une si prompte expédition: aussi, lorsque j'eus repondu, à la demande qu'il me fit d'où je venois, nous venons, Sire, de vous marier, ce Prince demeura un quart d'heure, comme s'il eut été frappé de la foudre, ensuite il se mit à parcourir sa chambre à grands pas, en rongeant les ongles, se grattant la tête & livré à des reflexions, qui l'agitoient si violement, qu'il ne put encore longtems me rien dire . . . Enfin revenant à lui-même, comme un homme qui a pris une dernière resolution: He bien, dit-il en frappant de l'une de ses mains dans l'autre, he bien ! de pardieu ! soit : il n'y a pas remède, puisque pour le bien de mon Royaume, vous dites qu'il faut que je me marie, il faut donc se marier. Consensui Regis suum quoque accommodasse Reginam ac in dissolutionem matrimonii confessisse idem SULLY l. c. testatur.*

- o) Eam exhibet Gallice versam MATTIEU l. c. Tom. II. p. 230.
- p) Provocat quidem THUANUS l. c. pag. 885. ad exempla, uti illa vocat, domestica, quibus probari ait, in Gallia ob sterilitatem matrimonia dissoluta esse; ubi autem hæc querenda fint, non indicat: forsitan secutus est THUANUS CHOPPINI sententiam, quam vero, falsæ quippe hypothesi superstructam, jam superius §. XV. & XXIII. refutavi.

**ULB Halle**  
005 361 710

3



Vb 78





CARVILIA DEFENSA

s. DE

UXORE STERILI

EO - JURIDICA

x-rite

colorchecker CLASSIC



PICIIS

DISPENSATIONE

NSULTORUM

TIA

CTORIS

OBTINENDI

S. MDCCCLXXXVII.

MITTIT

US KUGLER

PRIMI TITULI

IN QESTI

I,

, Univers. Typ.